

## LIBER I.

## PRO OEMIVM.

*In doctrina de Dominio considerabimus*

- I. ejus definitionem & divisionem, Tit. I.
- II. Objectum Tit. II. de Rerum Divisione.
- III. Modos acquirendi, qui sunt ratione Originis vel Juris Gentium, ut: Occupatio, Accessio & Traditio, vel Civilis & denuo vel universales, ut: Hæreditatis aditio, Bon. Poss. agnitus, Arrogatio, vel singulares, ut: Usucapio, Fidei commissum, Legatum.

*De Occupatione speciatim: Venatione, Piscatione & Bellica Tit. III. de accessione & traditione Tit. IV. de Usucapione Tit. V. nam reliqui modi sub Hæreditate & Jure Personarum commodius explicantur.*

- IV. Effectus, ut: Potestatem utendi fruendi. Tit. VI. Defendendi per nunciationem novi operis. Tit. VII. Cautiōnem de Damno infecto. Tit. VIII. Per Actionem negatoriam. Tit. IX. Finium regundorum. Tit. X. Recuperandi per Re-

R I

VIII.

considerabimus  
dissidem, Tit. I.  
Rerum Divisionis  
us sunt rationes (pr.  
causa, ut: Digna-  
tio, deliciae  
er, ut: Iudicium  
T. agnatio, Inga-  
ut: Usucapio, Ius  
atim: Venatione  
Tit. III. de accep-  
to. IV. de Usu-  
eliqui modi sub-  
ersonarum com-

I.

De Definitione Domini.

63

Reivindicationem. Tit. XI. Actionem  
Publicanam Tit. XII. Dividendi, un-  
de Communi dividendo Tit. XIII. Alie-  
nandi Tit. XIV. Certam utilitatem  
transferendi Tit. XV. ubi de servitu-  
tum doctrina.

V. Adjunctum, quod est Possessio, hinc vi-  
denda Definitio cum Divisione Tit.  
XVI. Ejusdem Acquisitio & Retentio  
Tit. XVII. Amissio & Recuperatio Tit.  
XVIII.

VI. Modo amittendi Dominium Tit. XIX.

T I T. I.

De Definitione & Divisione  
Domini.

§. I.

Dominium vel latius sumitur, vel strictius,  
prius definitur: Jus per quod res nostra  
esse dicitur, vid. L. 69. 70. §. i. de Usufruct. vel Jus,  
quo res modo adeo præcipuo ad nos spectat,  
ut eodem spectet ad neminem vid. Dn. Thom.  
Jurisprud. div. lib. 1. cap. 1. strictius accepti de-  
finitio est, quod sit Jus, per quod res corpo-  
ralis nostra esse dicitur.

§. 2.

§. 2. Uterque significatus occurrit in textibus Juris, quod probant Huber. ad Inst. de R. D. n. 29. & 31. Born. *Dissertat. de Jure in re.* In eo Huberum notat Thomasius, quod priorem acceptancem impropriam dixerit, quæ tamen improprietas in Legibus non prædicatur de eadem.

§. 3. Coincidit fere cum binis his acceptanceibus nota divisio Dominii, in Dominium Juris, & Dominium proprietatis. Quod exinde patet, quod Strauchius, pro hujus assertione iisdem textibus Juris utatur, quos Huberus pro declaratione prioris allegavit, vid. Strauch. *Dissertat. VI. §. 9.* Rejicit quidem Dominium Juris Ludvvell. *Exercit. IV. ad Inst. thes. 4. cum allegatis.* Verum ipsa gemina acceptio §. 1. adducta litem componit. Prolixè satis hanc controversiam tractat Bachov. *ad Treutl. vol. II. Disp. 20. thes. 1. Lit. L.*

§. 4. Dividitur porro in verum & quasi seu fictum Dominium, illud jam explicitum est, hoc vero: Est Dominium à Prætore excoxitatum iis casibus, ubi prius deficit: æquum tamen esse videtur, ut alicui competat petitio. Notissimum exemplum est in actione Publicana §. 4. 7. de Action. Hopperus, vid. Seduardum tit. 9. n. 17. bona fide similes fictiones prætorias cœpisse ait, religioni enim fuisse Prætori contra Juris Civilis regulas aliquid

quid suscipere inde fictionem vocasse in subsidium. Sed adde DN. Thom. in *Nœv. Jurispr. ante Justinian.*

§. 5. Dividitur tertio Dominium in utile & directum, quæ distinctio tribus exemplis, Emphyteusis, superficiæ & Feudi declaratur, sed quartam speciem, bona laudemialia adjicit B. Schilter, in *Comm. ad Jus Feud. Alem.* p. 515. Nos de singulis exemplis videbimus titulo sequenti. Ludvvel. l. c. hanc distinctionem refutat, eo, quod Emphyteuta dominus esse negetur. L. i. §. i. si ager Vectigal. Idem egit Treutler. vol. I. Disp. 15. thes. 1. Lit. G. Sed huic respondet ejus Scholastes Bachov. ibidem. Ludvvello reponimus quod cit. lex. i. §. i. loquatur de Emphyteusi per locationem constituta, locatione autem, Dominium non transferri constat.

§. 6. Dominium ab usufructu separatum, dicitur proprietas, idem Dominium proprietas; cum usufructu vero conjunctum: Jus plenum L. 17. quib. mod. Ususfr. amitt. Inde distinctio in Dominium plenum & minus plenum. Scilicet cum Dominium plures facultates sub se contineat, colligere licet, quod secundum magis & minus variare possit.

§. 7. Dominium est vel revocabile vel irrevocabile, illud, cui à Jure, aut pacto cer-

tus est præscriptus terminus e.g. Dominium dotis, bona fidei possessoris, Dominium quod quis habet, qui rem sub pacto retrovendendi emit &c. Ita distinctio, quod detur Dominium rei & spei, vivum vel quiescens parum in recessu habet.

§. 8. Dominium est vel pluribus commune, vel proprium unius, ex hoc fluit Rei vindicatio, ex isto actio communii dividendo. Ita tamen ut directa actio detur tantum Dominis rei corporalis, reliquis utilis, vid. L. 4. communii dividendo. Tandem est vel Universale sive Hæreditas, vel singulare, de quo jam diximus, vel eminentia, quod est principium, vel vulgare quod est subditorum, vid. Grot. de Jur. B. & P. vid. Schrag. Dissertationib. de Jur. Rer. Feldmann. de Jure in re. Huber. in digressionibus. Born cit. dissert. Hahn. de Jure Rer. B. Schilt. Exer. XVI. ubi de distinctione Romanorum in Dominium Quiritarium & Bonitarium.

## TIT. II.

## De Rerum Divisione.

§. 1.

**C**ontinentur in rerum tractatione singula-  
ria Jura, inde à generalibus Juris capitibus eandem separat Balduin. de stud. Jur. Sed ne

ne nimium Juris Civil. Romani circuli turbentur, nos de iis inspectionem huc referimus. De acceptione vocabuli rei Voët. ad princ. huj. tit. n. 3. 4. Sumitur hic potissimum pro bonis corporalibus & incorporalibus. vid. Gœddoeum ad L. 23. de V. S.

§. 2. Princeps divisio Imperatoris defumitur a possessore, quod res sint vel in patrimonio vel extra illud. Hæ sunt, quæ de facto non sunt in potestate singulorum, sed, quæ vel plane nullius, vel extra patrimonium secundum quid, quales sunt: communes, publicæ & universitatis.

§. 3. Communes dicuntur, quæ ad omnium usum proditæ in nullius Dominio sunt, sed primo occupanti acquiruntur, Voët. ad §. 1. Inst. b. t. referuntur huc aer, aqua profluens, mare & littora maris. Enimvero aërem rectius accessorium ejus rei, quam abit, dici, solidè evincit DN. Thom. ad Dissert VI. Strauchi. Idem judicium esto de aqua profluente, cuius itidem non est usus sine regione, prædio &c. & licet communicetur a Principe vel Domino privato: atramen hæc ipsa communicatio demonstrat, quod communicans \* sit Dominus. Remansit itaque solum mare, quod tamen de vastissimo Oceano cape. Nam ubi mare territorium alluit, vel in fretum coangustatur, Dominis non

caret, vid. Selden. Strauch. de mare claus. Julianum  
Pacium de Dominio Venetorum in mare Adriat.  
Loccenium, Stypmannum de jure maritimo  
multo magis littora in Dominio principis ha-  
benda sunt, quod vel inde clarum, quod  
hodie bona naufragorum in eadem rejecta,  
non reddantur, nisi certum pretium (ein  
Berge-Lohn) \*\* fit solutum.

\* Hinc & apud Poetam dicitur: usus communis aqua-  
rum, non ipse aquæ, imo B. Schilt. Exerc. IV. §.  
17. plane de Jure Romano res communes & pub-  
licas, principis arbitrio subjectas fuisse de-  
monstrat.

\*\* Quæri solet: utrum salva conscientia orari possit:  
Das Gott das Strand-Recht segnen wolle / mi-  
hi, cur negem, non liquet. Sensus enim est, ut nau-  
fragio facto bona ad littora salva appellantur,  
non ut naufragium fiat. Vid. Phil. Ecclog. 21. L. II.

§. 4. Rerum in littore maris reparta-  
rum tanquam accessorii, Jure Romano libera-  
erat occupatio. Rarissime, ni fallor, in litto-  
re gemmæ, lapilli & res pretiosæ reperiuntur.  
Cæterum ubi extant, secundum notissimam  
circa aëdæ mortuæ regulam, princeps sibi collec-  
tionem reservare potest. Sed quid si de hac  
reservatione non constet? Puniri hoc casu  
non posset subditus, qui bona fide egit. Ve-  
rum cum mores Germaniæ fere in universum  
res publice expositas principi addicant, imo  
& apud Roman. concessione Prætoris opus  
fuisse

fuisse velit Schilter d. l. videtur principem, ipsa collecta à colligente vindicare posse. Vid. tamen DN. Stryk II. M b t.

\* *Quæstio an eis in harum rerum inventione sufficiat, quam tractat Bacbov. Volum. II. ad Treutl. p. 192. it. alia quæstio, quid agendum, ubi lex de his non extat, inanis esse videntur, ubi enim res alicuius momenti colliguntur, ubi lex, ibi nil, non opus disquisitione Juridica, adde tamen Grypbiand. de Insulis c. 31.*

§. 5. Res publicæ definiuntur, quæ sunt in patrimonio populi. In eo à communibus differunt, quod non cedant occupanti, nec obstat *lex 24. de Damno infect.* vid. Voëtium ad §. 2. h. t. Hujus generis apud Romanos flumina & portus, quæ usum navigandi & pescandi §. 2. *Instit. b. t.* In Germania uterque usus satis restrictus. Unde tot vocabula Juris Grutiae, Geranii, Stapulæ, Vectigalis &c. vid. Noah Meurer *von Wasser & Recht / Fritsch de Jure Fluvialili.* Sane in omnibus rebus ad certum hominem non spectantibus, libera est principum potestas, quales ipsis limites definire velit. Hinc qui his rebus non obstante Principiis restrictione, sicubi extant, uti vult, vel privilegium, vel præscriptionem immemoriam docere debet. Hopp. ad §. 2. 3. b. t. Ockel. c. 3. de *præscript. immemor.* Vocat hanc observationem: limpidum regalium fontem Schilt. *Exercit. IV. §. 17.*

§. 6. Riparum usus tanquam accessorii fluminum, itidem publicus est Jure Romano, sed proprietas spectat ad eos, qui vicina prædia possident. §. 6. J. b. propter Custodix incommodum vid. L. 10. de R. J. Zælius & Des. sel. in not. ad J. b. volunt, hodie hoc esse mutatum, cum ripaticum Regalibus accenseatur Juri Feudali l. unic. quæ sint regal. II. Feud. Verum Dn. Stryk. U. M. h. t. ripaticum de vetigale, quod per flumen trajicientibus imponitur, capit. Jus trajectus itaque die Fähr Gerechtigkeit principi adscribendum, non autem riparum proprietas. vid. Phil. Eccl. IX. L. II.

§. 7. Res nullius sunt, quæ ad neminem spectunt sed occupanti cedunt. Referuntur huc, Hæreditas jacens, Thesaurus, Res derelictæ, Res divini Juris, & feræ bestiæ.

§. 8. Sed hæreditas jacens magis subtiliter, quam utiliter dicitur res nullius. Scimus enim, quod Jus hæreditarium secundum certos ordines, certis personis & tandem si-  
cfo, qui nunquam deficit, per Jura defera-  
tur. Jam vero in qua re alicui Jus competit,  
ea non est nullius. Neque juvat, quod Hæ-  
reditatis non dicatur fieri furtum, sed expila-  
tio, tot. tit. de crimin. expil. hæredit. vel hodie  
statuta de furtis loquentia non rectè ad cri-  
men expilata hæreditatis extendantur, vid.  
Mat-

Matthaei de Crimin. p. 231. art. 165. Peinl. **Hals**  
**Ger. Ord.** Ibique Blumacher n. 5. sufficit ta-  
 men, quod occupans puniatur, neque rem  
 suam faciat, contra notissimam regulam de  
 rebus nullius.

§. 8. Thesaurum, seu rem ab eo de-  
 fossam, aut absconditam, cuius memoria  
 ignoratur, rem nullius esse, difficile credi-  
 tu est. Si enim reperit quis eum in suo,  
 est inventoris, vid. tamen L. 3 § Neratius de  
*Aqua Pluv.* si vero in loco alieno invenitur,  
 nunquam totus cedit inventori. Thesaurus  
 in loco fisci inventus, dimidium Cæsaris esse  
 statuitur. Tandem in loco sacro inventus per  
 L. 3. §. 10. de Jur. Fisci ab inventore non acqui-  
 ritur. Minimum Imperatores de inventione  
 thesauri, in loco præcipue sacro diverse re-  
 scripserunt, quod eleganter ostendunt Jacob.  
 Gothofr. ad Cod. Theod. b. t. Bachov. Vol. II.  
 Disp. 20. thes. 2. Lit. G. ad Treutl. Cujacius Lib.  
 IX. observ. 37. Hotomannus ad Inst. b. t. Imo  
 sunt, qui quæstioni subjiciunt inventorem si  
 quantitatatem indicare nolit. Carpz. Prax. Cri-  
 minal. Sicuti & alterum tantum fisco persolve-  
 re cogitur, qui partem ad fiscum pertinentem  
 suppressit. Vid. Voët, ad Inst. b. t. Quis vero  
 talia cum rebus nullius conciliabit. Inde di-  
 cendum, ni fallor, Thesaurum esse accesso-  
 riū fundi, cum tamen fortunæ dono inve-

niatur sēpissimè; inventori præmium leges decreverunt. Adeoque est accessorium irregulare, unde non dat occasionem Leg. 2. C. de rescind. vendit. vid. Richter. p. II. Decis. 99. n. 102. 105. \*

\* Regulas, quas de thesauro adduximus sunt Leges ipsius Imperatoris, quibus debetur obsequium. Sed questio utrum thesaurus sit res nullius est theoretica, ubi ratiocinio indulgendum, vid. Bachov. ad περὶ τὰ p. 38. seqq.

§. 9. Hodie Regalibus accensetur, adeo ut hæc acquisitione Juris gentium dicatur. Vid. Grot. lib. I. c. 8. §. 7. de Jur. B. & Pac. Prosper. Farinac. de variis & divers. question. 1104. Inspect. I. n. 22. Sed contrarium defendunt Philippi Eclog. 18. lib. II. Richter. cit. Decis. 99. p. II. n. 102. Heig. quest. 13. Lauterbach. Dissert. de Theſ. Illi nituntur II. Feud 56. text. Jur. Saxon. lib. I. art. 35. It. Juris Suevic. vid. Schilt. Exercit. 41. §. 41. Hi vero Legislationem Justiniani fundamenti loco ponunt, textum feudalem ad Italianam restringunt, Legem Juris Saxonici de metallis accipiunt. Verum hæc omnia invita Minerva Judice Bachovio cit. loc. Concludit tamen B. Schilter. d. l. quod hic error contra leges Germanicæ Jus faciat. An sufficiat effusio ad acquisitionem? vid. Bachov. c. l.

§. 10. Quod pro de relicto habetur à quolibet occupari potest. Requiruntur animus

m̄is & factum externum & ita explicantur L. 34. de pact. & L. 17. §. 1. de A. vel A. Poss. Secund. Usum Mod. has res fisco tribuere volunt Zyp̄us not. ad Jus Belg. Perez. ad C. de bon. vacant. Optime dixeris, potius homines nostri seculi alienis magno desiderio inhitate, quam propria abjicere. Attamen cum & derelinquendi animus ex facto & negligentia pr̄sumatur, cavendum in praxi, ut signa retentionis extera extent, exemplum habet Capolla caut. 235. Ceterum doctrinam quæ omnia ad cōmōdū fisco addidit ipsius Grotii est loco sūpt. cit.

S. II. Res divini Juris vel sacræ sunt, de quibus in Jurisprudentia Ecclesiastica, vel Religiosæ, quarum quæstiones mixti fori. Licet enim quæstio de cæremoniis moderandis & dirigendis speget ad Consistoria, Carpz. lib. II. Jurispr. Eccles. Defin. 378. n. 5. Attamen in nostro foro politico quæri solet, quis se-peliendus & an honeste, itemque de sumtibus tenendum, quis eas debeat suppeditare, quales & quomodo restituendi, vid. II. M. §. 5. de religios. Regulariter quivis honeste se-pe-liundus, quia pñnam sapit inhonesta sepulta-ra. Necessitas funerandi incumbit hæredi L. 3. S. f. de Religios. parenti, L. 21. filio & omnibus, inter quos est sanguinis conjunctio. In sub-fidium etiam marito L. 22. eod. tit. Imo & Creditoribus §. 57. II. M. d. l.

§. 12. Binæ commendantur pro restitu-  
tione cautelæ, scil. ut personæ conjunctæ pro-  
testentur de animo repetendi ne donasse vi-  
deantur. Menoch. *Conf. 116. n. 2.* Ad obſt. L. 14. §. 7.  
respondit Brunnem. ibid. Deinde cum modus  
inter excessum & defectum præcipue servan-  
dus Mev. p. II. *Decis. 322.* utile est, ut quis Ju-  
dici moderandos ab initio offerat Carpz. p. I.  
*Conſit. 28. Def. 21.*

§. 13. Tertia species rerum divinarum  
sunt res sanctæ, definiuuntur, quod sint res,  
qua peculiari sanctiōne ab injuriis hominum  
defensæ sunt. Huc refer muros, portas, Re-  
ſidentias, loca, ubi pax der Burg-Friede spe-  
cialiter constituta, pæna relinquitur arbitrio  
Judicis. Murorum transgressorī Lipsienses  
relegationem dictarunt Philipp. in *Ecclog. b. t.*  
pro varietate circumstantiarum potest etiam  
ad ultimum supplicium deveniri. Vide Me-  
noch. *de A. J. Q. lib. II. cas. 483.* Bachov. c. l.  
Scriptores Thesaurorum voce Burgfriede Dn.  
Stryk. *de Jure Refid. Chass. p. 5. c. 24. n. 125. glor. mund.*

§. 14. Bestiæ in triplici differentia sunt  
vel feræ, vel mixti generis, vel mansuetæ.  
Ad feras Jure Romano referuntur Apes & feræ  
proprie dictæ, Columbae enim & Pavones  
mixtam speciem constituunt, vid. Bachov.  
*Sæpe cit. loc.* De feris ad tit. de Venatione.

§. 15. De apibus nota quod nostræ fiant  
in-

inclusione, antea enim, licet in arbore cava considerint, vel favos effecerint tamen fiunt occupantis, examen si avolet licet illud Jure Communi persequi. Quod Jus Commune, etiam in Saxonia Scabinis Lipsiensibus observatum refert Berlich. p. V. Conclus. 50. n. 10. Dissent. Carpz. qui articulum 120. Juris Weichbildici, quod persecutionem interdicit respici monet vid. Philippi b. t. Si in Sylva examen reperitur, sufficit arborem signare secundum Berlich. d. l. Pertinet tota res ferè ad Consuetudines ruricularum zum Baurenenschied. In hac vicinia si examen in vicini arborem confidet, pro dimidio quoque ei acquiritur.

§. 16. Quod Pavones attinet, apud nos more mansuetorum animalium nutriuntur, hinc occupari nequeunt vid. Hopp. ad §. 15. f. b. t. Columbæ, quamdiu avolant & revolant, pariter sine pœna arbitraria non occupantur. Jure tamen retinentur ab eo, apud quem sua sponte nidificaverunt vid. Schneidevv. ad d. §. b. t. Caterum licebit regulariter in proprio fundo columbarium ædificare. Rauchbar. p. II. quest. 27. n. 19. nisi in quibusdam locis certus numerus definitus & agros non habentibus columbaria prohibita, vid. Speidel. sub voce Taube / Muller. de Jure Columbar. Cæpolla. de S. P. II. c. 77. Quod utilis aëtio de Pastu

con-

76 Tit. II. De Rerum Divisione.

contra columbarum Dominum non detur,  
vid. Harprecht. ad princip. si quadrupes.

§. 17. Altera Classis est animalium mansuetorum. Gallinas huc refert Imperator, quas si in alterius hortum avolaverint occidere non licet, sed alas tantum resecare vid. art. 121. Weichbild. L. N. lib. III. art. 51. Quod ita Statutum propter difficultem earum custodiam. Glossa ibid. Quandoque sunt nota Jurisdictionis superioris & in specie vocantur Nauchhuner vid. Wehnerum v. Faßnachtshüner. Imo earum dationem hominem proprium indicare vult Cothman. consil. 42. n. 163. Reliqua ut & jura anserum, Gallopavonum, vid. apud Leisserum in Jure Georgico.

§. 18. In eo nimium brevitati student Instituta quod de mansuetis animalibus quadrupedibus agere plane supersedeant. Inde ex aliis hæc lacuna supplenda. Præcipue Leisseri opera commendanda. Hic enim lib. II. c. II. 12. & 13. & seqq. Domesticorum animalium jura persequitur, de canibus, felibus, porcis, bobus &c. exponendo. Sic de ovibus oppido multa notanda. Quotnam ad gregem requirantur. vid. L. f. ff. de Abig. Quæ pœna si quis morbidas in pascua egerit, vel scabiosas? Cujus sit probare vitium ovium in Contractibus? An ovile, in loco ubi antea non extitit libere extrui possit? Quænam spe-

spectent ad Geradam ? An periculum ovium ferrearum , si militum rapacitas abegerit , itidem sit Condu<sup>c</sup>toris ? An lana detonsa hæredem allodialem , an feudalem sequatur. Quæ quæstiones & de cæteris animantibus speciminis loco sunt. vid. Leiser. l. c. B. Struv. *Diss. de Jure Ovium* , Dn. Stryk. *de Jure Cratium von Herten schlagen*. Equorum jura Bonacossa, Roevenstrunk & Beham *von Ross* teuscher Recht fusius explicant.

§. 19. Generalis divisio alia Juris Romani est in res corporales & incorporales , quam Jcti à Stoicis acceperunt , qui sub binis his vocabulis omnia in mundo comprehen-debant , vid. Senecam Epist. 58. Incorporales , jura vocant , Corporales vero , dicuntur res reliquas.

§. 20. Sed an hujus distinctionis apud nos quoque usus ? Negant Jcti Belgæ , Regnerus censur. Belg. ad pr. de Reb. Corpor. & incorpor. Voët. ad J. b. t. n. 4. Contra hodiendum obtinere volunt Dn. Stryk. U. M. b. t. §. 16. Hopp. ad J. b. t. Videtur distinguendum inter usum Scholæ & Communis vitæ . Sane quo-ad hunc, constat quidem , quod nostrates fre-quenter in ore habeant vocabulum : Gereh-tigkeiten/ ast hoc Juribus atque Servitutibus fe-xè respondet , nec facile de debitibus & credi-tis \* prædicatur , multo minus de argento cuso,

cuso, quod tamen de Jure Civili Rebus incorporalibus accensetur L. 94. §. 1. de Solution. Accedit, quod licet, incorporalia voce : Gerechtigkeiten / significari diceremus, vellem tamen unicum \*\* vocabulum scire, per quod corporalia exprimerentur.

\* Dicimus enim : Er hat schöne Capitalien / neuquam : Schöne Gerechtigkeiten.

\*\* Hinc non obstant locutiones : Habe und Fahret  
Ruff und Nieder &c. Scilicet non tam leges hic  
mutata, quam idioma, plura exempla dabimus ad  
materiam servitutum, legatorum &c.

§. 21. Quia Scholæ usum vero, retinenda videtur distinctio, quia nos adhuc hodie res sub ea comprehensas non tantum habemus, sed hodiensem differentia, inter acquisitionem Jurium & Rerum, sive mobilium sive immobilium, nec non inter earundem possessionem Dominium, Vindicationem &c. observatur. Ut annobimus suis locis. Interim JCtus non facile interrogabitur, quomodo hæc locutio : Ich vermache dir / Ich verkauf dir &c. alle meine cörperlichen und nncörperlichen Dinge/ sit intelligenda. Quis enim ita loquitur ? Subtiliter hanc eandem distinctionem impugnat Dn. Titius passim in suis scriptis vid. Vorrede zur Probe von Teutschen Kirchen-Recht &c.

§. 22. Rerum corporalium notissima rursus divisio est in mobiles, quorsum & se mo-

moventes referuntur, Mantica de Conject. ult. volunt. lib. IX. cap. 3. n. 1. & immobiles. Usus hujus distinctionis est insignis. In materia processus. Immobilium enim possessores non satisdant, per jura notoria. In contractibus multa lis, quid e.g. sub venditione mobilium & immobilium comprehendatur. In Successionibus, non tantum in legatorum expositione de horum vocabulorum usu lis ori potest, sed in quibusdam provinciis, uti in Saxonie, maritus est haeres rerum mobilium. Immobilia in oppignorationibus & alienationibus judicalem resignationem requirunt. Sed optandum, ut & intellectu æque facilis esset. Nota interim, quod aliud dicatur immobile in materia satisfactionis, aliud in reliquis, nam in isthac unice respicitur, utrum quis rem facile auferre possit †. Credita, ausstehende Schulden, & petitiones reales, ad quam classem spectent, sollicitè inquirit Voët. ad J. b. t. qui & de significatu horum vocabulorum secundum jura Statutaria integrum tractatum dedit. De molendinis pneumaticis, navibus &c. Voët. d. l. ubi statuta Neomagiensi, arbores ab mobilia referri docet.

† Hinc pro dijudicatione præcipue materia substrata examinanda erit.

§. 23. Cavendum hic porro, ne quis mobilia

Iia synonimū putet der Meubles , vel Germanicē der Mobilien / sub his enim supplex ferē intelligitur. De sensu vocabulorum : Fahrniß und Haussgerāthe / an & animalia sub se includant vid. Klock. Vol. III. conf. 125. ubi negativam pluribus rationibus defendit.

§. 24. Rerum immobilium nobilissima species sunt prædia , quæ vel rustica vel urbana , prout usus earundem variat, quounque loco sita sint. Lauterb. tit. de S. P. II. vid. L. 198. de V. S. Differentiæ sunt, quod impensæ in urbanum prædium factæ gaudeant hypothe- ca tacita L. 1. quib. mod. hyp. tac. contr. non ve- ro impensæ in rusticum Chopin. de Priv. Ru- stic. Lib. II. c. 3. Illata in illud tacite obligan- tur L. 2. de pignorat. At. quod rursus in iis quæ rustico prædio inferuntur secus. Recon- ductionis differentiam praxi non amplius ob- tinere vult Hopp. ad pr. J. de locat. Differt & prescriptio servitutum , quod rusticæ imme- moriale requirant Stryk. U. M. ad tit. quib. mod servit. amitt. §. 3.

§. 25. Prædia iterum sunt vel Nobilia vel Rusticorum. Iia dicantur Ritter- Sitz/ ad quorum ædificationem regulariter rusticī operam conferre tenentur , manu & equis, modo tigna ex avaritia non nimis longe pe- tantur, vel novum ædificium in pago ubi an- tea non fuit erigatur, vid. plura apud Mulle- rum

rum Diff. de ædif. Nobil. Rusticorum prædia vari generis sunt, vt: Bauergulden / Schupf lehn / Chrschazzguther in Suevia. Churmet Güther / in inferiori Saxonia. Prædia, quæ pre cario possident. Frey-Bauern in Franconia, Suevia &c. vid. Leiss in Jure Georgico Lib. I. cap. 17. & 27. Ubi & de bonis Cotsassicis, Anspāner, Hösen &c.

§. 26. Prædia sunt vel Allodialia, vel Feudalia. Illa, quæ non recognoscuntur ab alio domino, vid. Struv. J. F. cap. 3. §. II. Eben. Select. Feud. cap. I. n. 10. Vocat hæc eadem libera à mercede & opera Cangius in Glossario voce: *Allode*, refert ad eadem Feuda honorata, sed minus recte secundum Dn. Thomas. in hist. Jur. Feud. adde Schoppium integro tractatu de *Allodio*. Besoldus de suo ævo ait: vor 200. Jahren waren fast alle Stamm Häuser allodial. Thesauro prælii o Litt. K. n. 37. De Feudis alibi.

§. 27. Prædia porro sunt vel Landsasca vel Libera. Sed ubi territoria clausa, vt in Saxonia, Bavaria, Marchia &c. sola Landsasca deprehenduntur, adeo, ut nec probationem possessionis libertatis juvare velint. Ziegler. ad Calvoli prax. auream. Hugo de statu German. cap. I. §. 8. Quia per Jura Imperii territoria conclusa, quibus actus possessorii præ judicare non debent. Describuntur quod sint

prædia, quorum possessores more aliorum subditorum imperata facere tenentur. Subdividuntur in Schriftsassica & Ambtsassica, vid. Schilt. *Dissert. peculiari.*

§. 28. Dantur & alia prædia Emphyteutica, Censitica, Libellaria, Superficiaria, & ad Firmam data. Emphyteuticorum originem vid. apud Leisserum c. l. cap. 15. Sunt vero prædia, in quibus Emphyteuta plenum usumfructum habet, venatur, pescatur, Sylva cædua utitur, vendit, mutat, L. l. 2. 3. C. b. t. legat, donat, vindicat, &c. Quæ ultima particulas proprietatis arguunt. Onera sunt ut canonem & laudemium præstet, in alienando consensum impetrat. Quibusdam in locis competit domino directo, mortuo Emphyteuta, jus capiendi præcipuum bovem, quod vocant: den *Hauptfall* vel certam pecuniam vid. Valascum, Colerum *integris translatibus de his præd.* add. Dn. Schilt. *de prædiis laudemicis.*

§. 29. Amititur Emphyteusis ob non solutum canonem intra triennium ipso Jure L. 2. C. b. t. Nov. 7. cap. 3. §. scire: Communiter tamen exigunt, ut præcedat causæ cognitio, præcipue in terris Juris Saxonici, alibi enim sententiam declaratoriam tantum requiri innuit Responsum Helmstad. apud Richterum Dec. 84. n. 9. Interim ante declarationem Domini Em-

Emphyteuta moram purgare potest. *Capitul. fin. X. de Locat. conduct.* Sufficiunt etiam solutio partis, & compensatio, receptio Canonis sine protestatione vid. *Menochium de presumt.* *Lib. 3. n. 15.* Brunnemann ad *L. 2. b.* Hoc tamen cape de Canone futuri temporis *Carpzov. p. 2. Conf. 38. Def. 6.* adde *Hoppium §. 3. J. de Locat. Zafium b. 1. n. 82.* Sic & alienatio sine consensu Domini Emphyteusi privat, adeo ut ne ignorantia Juris excuset vid. *Leisser. Lib. 1. tit. 15. c. 1.* qui tamen rarius contingere posse casum putat. An ex quo semel sententia præcessit vid. *Romanum Confil. 122. n. 4.* propria auctoritate ejici possit Emphyteuta vid. *Colerum cap. 2. d. 1.*

§. 30. Prædia libellaria sunt bona vendita sub certa pensione quotanni & condizione venditionem certo tempore renovandi vid. *Cujacium in Comm. ad lib. I. Feud. tit. 2. Franzkium de laudemis cap. 13. n. 2.* Jure Civili sedem esse dicunt horum bonorum Nov. 7. princ. vers. quia vero didicimus.

§. 31. De bonis Churmedicis vid. du Fresne voce *Churmedia.* Besold. *Thesauropætic. eadem voce.* Dicuntur vero ab eligendo, quia scilicet Dominus ex bonis defuncti coloni rem optimam sibi elit. Variant vero pro diversitate locorum mores vid. *Leisser. c. 17. d. 1.* qui

coincidere cum illo putat Jus Suevorum; quod vocant: das Gut-Recht.

§. 32. Frequentiora sunt prædia censitica, quæ cum pleno dominio sub certa pensione annua conceduntur. Hæc liberè alienantur vid. Rauchbar. p. I. qu. 24. n. 32. Nec Domino competit Jus protimisceos idem p. 2. qu. 22. Nec propter non solutum censum amittuntur, Richter d. dec. per tot. Dominum tamen ratione census tacita hypotheca gaude-re vult Menochius Consilio 197. n. 1.

§. 33. Cum valde affinæ hoc Jus sit Emphyteusi, queritur, quid in dubio præsumatur? Censiticum vult Menoch. Lib. 3. præsumt. 106 Hic non respiciendum ad vocabula: Binsf-Güther / Erbinsf-Güther / sed ad actus possessorios. Querelas de confusione exhibent Schilter, Beyer hh tt.

§. 34. Sub Clericis melioris conditio-nis hæc prædia esse ait Wehner voce: Krum-stab/ sed vid. Gryphiander Oeconom. Legalis cap. 31. n. 38.

§. 35. Divisiones Censuum sunt: in con-stitutivum & reservativum seu fundarium. Ille modum legitimarum usurarum ex cedere non debet, vid. R. J. 1546. Tit. von weltlichen Contrac̄ien. Hic vero à concedente prædium pro iubitu constitui potest. Item in Censum redimibilem & non redimibilem, verum irre-dimi-

dimibilem, pariter rejiciunt Leges Imperii vid. c R. f. d. t. De distinctione in realem & personalem Franzkius Lib. I. Resolut. t. In promobilem & non promobilem vid. Land-Recht art. 54. lib. 1. Mylium dissertatione von Rattischer Zinsen. De Vitalitiis von Leib Renten vid. Surdum de Alimentis lib. 9. Gail. lib. 2. obs. 8.

§. 36. Petitur census actione reali, ratio est in L. 25. de O. & A. à quocunque possessore, causam tamen omnis Census probandum esse ait Capitul. S. X. b. t. Sed hoc praxi vix procedit, vid. Mascardum Conclus. 279. n. 13. Quid petendum si moneta mutata vid. cap. 20. X. b. t. De reliquis actionibus in materia census vid. Leisser. cap. 17. n. 77. d. l. qui census sumario processu tractari statuit.

§. 37. Regulariter Censito migrare licet etiam invito Domino. Quandoque tamen non tantum vi ejicitur vid. Berlich. p. 2. conclus. 9. n. 20. sed etiam à Domino retineri potest, casus exhibit Ziegler in notis ad Calvoli praxin auream. A novo tamen emtore debita personalia v. g. Abzugs-Geld / Strafe / Haupt-Fall &c. exigi non possunt. vid. Carpz. p. 1. confit. 28. def. 54.

§. 38. Firma est prædium concessum sub annua præstatione accidente scriptura cum renunciatione aliquaque cautelis vid. Ta-

bor. de Jure Colonario thes. 6. Olim res suas Ecclesiaz hoc modo multi offerebant, vid. du Fresne voce *Firma*.

§. De Superficie vid. L. 16. §. f. L. 10. Famil. hercifund. Sub ea comprehenduntur plantæ, ædificia &c. adde L. 44. §. 1. de O. & A. Est Jus Superficiei, Jus ea lege constitutum, ut certo pretio & pensione solutis superficie liberè frui eamque alienare possimus. Vid. L. 7. b. t. Praetor peculiari actione tuebatur superficiarium, cum Jure Civili esset ignota. Constitui solet vel Legato sine traditione, vel per Contractus cum traditio, vid. Donellum de Jure Civ. lib. 9. Comm. 16. n. 10. Quæ Dominus plenus directo agit, eadem superficiario utiliter conceduntur, hinc novum opus nunciat cautionem de damno infecto exigit, L. 13. §. 8. de damn. infect. Rem alienat, adeo ut nec Domino Jus protimiseos competit. Semel destruetam non reædificari posse vult Valascus quest. 33. de Jure Emphyteuticario, quod tamen verosimilius negat B. Struv. Jurisprud. Lib. 2. tit. 12. §. 22. Adde omnino Beyer. b. t. qui superficiem Emphyteusin urbanam\* esse putat. v. Stempel de Jure Superficiario.

\* Hinc cadit & alia differentia Valasci d. l. quem inter superficiem & Emphyteusin constituit, scilicet quod possit esse gratuitum. Etenim tale gratuitum Jus in legibus superficiem dici nullo modo probari potest.

§. 40. Hoc suo modo referri possunt prædia partiaria , quæ Colonus pro certa fructuum quantitate possidet. Quamvis hoc negotium proximè ad societatem spectet, unde nec Colono partiario merces remitti solet, vid. Lauterbach. *Dissertat. de Colono partiario.*

§. 41. Non Ignobilis est distinctio rerum in principales & accessorias , quæ & Pertinenz-Stücke vocantur. Latissimè dicuntur pertinentia , quæ ad rem pertinent & eam regulariter sequuntur. Cohærentia sola non facit pertinentiam vid. L. 245. de V. S. Sed consuetudo vid. Speidel. *hac voce Barbosa lib. 14. m. 32. axiom. 1. destinatio L. 17. §. 7. L. 38. §. 2. de Act. Emt. Vend.* Potissima rixa de his est in testamentis & Contractibus.

§. 42. Pertinentia optime estimantur ex re principali. Sic longe alia sunt pertinentia venditi integri territorii, quam prædiſ (eines Land-Guths) hujus rursus tamen ampliora, quam agri aut prati. Quæ planè, respectu priorum ipsa, pro pertinentiis habentur. Hinc respice materiam substratam vid. Menoch. lib. 4. præf. 154. Mevium p. 2. dec. 314. De lite in apprehensione possessionis circa hanc materiam vid. Wesenbecium lib. 1. consil. 11. n. 51. de probatione Gailium lib. 2. observ. 63. Schilter. Exercit. 30. §. 130. Klock. Tom. 3. consil. 157. An simultanea possessio & collectura suf-

ficiat. vid. Richter. p. 4. consil. 23. n. 9. Quomodo Clausulae in contractibus, ne lis oriantur, cautè concipientur, vid. D. Stryk. de C. G. section. 2. cap. 8.

§. 43. In lato significatu huc referuntur agri, horti, \* vineæ, \*\* prata, pascua, \*\*\* sylvæ, piscinæ &c. de quibus vid. Leisserum d. tractat. Potiora sunt tamen molendina, Furni, Torcularia, Braxatoriaæ domus, vel vini adusti, metallæ &c.

\* Vid. Dietberr ad Besold. vece: Baum. \*\* Vid. Bastru. Dissert. de Jure vinearum. \*\*\* Vid. Ottero de pascuis.

§. 44. Molendinorum jura explicant Hering & Kress. Hodie citra consensum, Domini territorii ista ædificari posse ostendit Ziegler. de Jure Majest. lib. 1. cap. 15. frustra dissentiente Carpzovio p. 2. Constat. 4. defm. 10. Regulariter libera sunt à metatione vid. Tabor. de meta. P. 3. C. 3. a. 2. n. 7. Banni Jus molendino acquiritur per prohibitionem & a liorum patientiam, sicuti alia Jura. Von Scherzer-Pfahl / Fachbaum & aliarum partium Juriibus vid. Leisser. sèpe cit. loc.

§. 45. Furni itidem regulariter libere ædificantur, vid. Besold. vol. 3. consil. 35. Debent remòveri ad tres pedes à pariete vicini, vid. Weichbild. art. 122. & de Jure Saxonico in loco, ubi antea non exiterunt non exstrui.

Imo

Imo licet etiam rusticis non obstante conces-  
sione pistoribus facta panem ad urbes appor-  
tare vid. Carpz. lib. 1. Resp. 42. Quibus modis  
tamen libertas restringatur , statuto scilicet  
consuetudine , prohibitione &c. vid. Leisser.  
lib. 3. c. 16. n. 28. seqq.

§. 46. Domuum braxatoriarum jura  
explicat Tabor de Jure Cerevisario. Præci-  
pua lis est inter pagos & urbes , quomodo  
distantia , qua hæ domus ab urbe abesse de-  
bent, metienda sit. Leisser. cap. 21. d. l. per tot.  
Regulariter ut quis certa domo utatur nemo  
cogi potest, Carpzov. lib. 1. Respons. 66. Bibere  
potest enim ubi luet. Von Brandtewein-  
Blasen vid. Speidel. voce: Brandtewein. Sæ-  
pe tum ob luxum , tum ut frumenti inopiaz  
consulatur , libertas coquendi vinum adu-  
stum restringitur. Leisser. cap. 22. Torculare  
est vel publicum vel privatum. Illud ad prin-  
cipem spectet & sape Jus prohibendi anne-  
xum habet , unde & Bannale dicitur. Est  
etiam in potestate ejusdem censum pro tor-  
culari augere & statuta de iisdes condere,  
vid. Struv. junior. *Dissertat. de Jure Torcu-  
larium.*

§. 47. Metalla ferè semper pertinue-  
runt ad principem in Germania vid. Capitular.  
Caroli M. passim. Interim immemoriali præ-  
scriptione Jus hoc acquiri communiter dicunt,

Vid. Knichen. de Sax. non provocabili cap. 5. verbo: **Bergwerck / Salzwerck**. Privatorum possessorum est solvere decimas, item den **Schläge, Schätz**, sicuti & principis est Jus protimiseos in auro & argento privatorum. **L. i. C. de metallar. & metall.** Insuper ferre debent, ut pro conservatione fodinæ aliquid ex ære seponatur. Illi, cujus in fundo metalla reperiuntur, certi redditus assignare solent, Erb-Rücksen. Quousque vero in fundis privatorum investigare metalla liceat, vid. Braunschweigsche Berg-Ordn. de anno 1619. art. 2.

§. 48. In concessione metalli fodinarum non facile infra octo recipi solent, ne forte deterreantur nimietate sumtuum, si res ex voto non succedat. Socius, qui non solvit die Zubuse / vel qui tempore definito omittit den Anbau / Jure suo cadit.

§. 49. Variae dividuntur metalli fodinæ. Præcipua divisio est in eas, quæ singularia corpora constituunt, freve Bergwerck / & quæ oppidorum Juribus subjiciuntur, die Städts Recht haben / vid. Reform. Politicam de anno 1530. §. item die Bergknappen/ plures divisiones habet Leifer. cap. 24. c. l.

§. 50. Habentur ferè Jure Emphyteuticario, licet laudemium non solvant, transiunt enim ad hæredes, possunt vendi, cano nem

nem solvunt &c. Quid ad usufructuarium, spectet, vid. infra tit. servitutib. Jus Civ. distinxit inter metalla, quæ renascuntur & quæ talia non sunt. Ab hoc, abit Jus Saxonum vid. Zobel. p. 3. different. 10. n. 29.

§. 51. Obligationes & hypothecæ partium metallicarum præfecturæ montanæ insinuari oportet. Debita metallicæ ex partibus metallicis, Civilia vero ex reliquis bonis solvenda sunt, vid. Span. in Berg. Urtheln tit. 9. pronunciat. 366.

§ 52. Modis amittendi §. 48. recensitis addi debet, non solutio pecuniarum recessus, des Receß. Geldes / quod singulis anni quadrantibus solvenda. Plura vide in Speculo Juris Metallici, citatum Spanium, Eisenhardtum de regali fudinar. Jure Rechenberger disser. de metalli fod. Formulas metallurgicas explicat Bervvarth in interpret. Phrasilog. metall. Varias contractuum species circa metalla videbimus Lib. 4.

§. 53. Est tandem & alia distinctio inter bona avita & acquisita, quam exponit Jus Lubecense, vid. Stryk. de Jur. Avor. Explicavit de Rerum Divis. tit. Besoldus inter Dissertationes Academicas. Sed ibi fere in Juris Romani traditis substituit. Cæterum nostræ tractationi pro Urbanorum prædiorum intellectu præcipue possunt addi, qui de Pharmacopoliis

92 Tit. III. De modis acquirendi: venatione,  
copoliis, diversoriis, Curiis, armamentariis,  
Kauffhäusern / Bürsen &c. egerunt. vid. no-  
vissime Dn. Ludevig. von invaliden Häusern.

§. 84. Ultimo dividuntur res in fungi-  
biles & non fungibles. Illæ praxi Germani-  
ca sunt quarum similes citra difficultatem faci-  
le comparari possunt, hæ vero in quas cadere  
potest affectio vid. omnino Dn. Thomas. de pre-  
zio affectionis. Usus est in Juramento in litera  
& modis acquirendi.

### TIT. III.

#### De modis acquirendi: venatione, p- scatione & occupatione bellicâ.

##### §. I.

**I**n acquisitione Dominii notari debent me-  
dus & titulus. Modus est, qui rem im-  
mediate nostram facit, ut: traditio &c. Titu-  
lus vero est modi fundamentum, ut: Fidei-  
comissum, Venditio. Interdum modus & ti-  
tulus vix secernuntur, \* ut: in accessione, oc-  
cupatione, legato, in his negotiis enim ipso  
Iure res sit nostra.

\* Scilicet, ubi negotio accedit traditio, vel aditio ibi fa-  
cile patet differentia, neutquam verò ubi traditio-  
ne supersedere licet.

##### §. 2.

§. 2. Præcipius modus est venatio, quæ apud Romanos cuivis libera erat. Apud Germanos vero jam antiquitus ad Nobiles pertinuit. vid. Tacit. de M. G. Mox relata est ad regalia H. Feudor. 27. vid. Sigonium lib. 13. de regno Italiae. Pristinam distinctionem venationis exhibit Glossa ad c. 8. dist. 86. in saltuosam arenariam &c. Hodie distinguitur in superiorem & inferiorem. Quibusdam in locis: in die Obere, Niedere und Mittel Jagd. Hoc casu capreæ & apri minores pertinent ad medium, isto ad inferiorem. Literæ investituræ, ut & mos regionis ubique curate inspici debent. vid. Besold. v. Jagd. Omnis concessa intelligitur, si concessum: Alles Weidewerke &c. \*

\* Olim venatio paucis servis committebatur, argumenta Leg. 99. §. 1. de Leg. 3. & Leg. 13. de fundam. & instruct. Legat.

§. 4. Imprimis modus servari debet. Hinc instrumenta insueta adhibere nefas. Nec ad alia v. g. von Schießen auf die Neß extendi debet. Harprecht ad f. b. t. Nec canibus commodato acceptis suscipi, Kraisser de Jure venandi. Habenda quoque ratio temporis, ne faturæ ferarum damnum inferatur, vid. Ordination. venation. Leopoldi, Joh. Georg. I.

§. 5. De persecutione feræ vulneratæ agit

§. 13.

94 Tit. III. De modis acquirendi: venatione,

§. 13. J. b. t. Qua nostros mores vid. LandR.  
I. II. art. 61. imprimis locus ubi vulnus inflatum notandus est, ut vulneratio probari possit. vid. d. ord. Leopoldi de anno 1675. Cetera vulnus feram persecui non licet vid. Bebold.v. Frey. Pirschen.

§. 6. Damnum à feris datum, à Dominis hujus regalis resarciendum est vid. Gail. lib. 2. obs. 68. n. 10. & ibi allegatos. Idem dicendum si in solenni venatione segetes prostratae Ludvvell. Exerc. IV. thef. 5. Lit. C.

§. 7. Quandoque precario conceditur venatio certo tempore & loco. vid. Fritsch. tractatu: von der Gnaden-Jagd.

§. 8. Habetur & cum aliis venatio, quæ convenatio dicitur: Koppel-Jagd/ vid. Fritsch. peculiari tractatu. Qui in alterius fundo conventionem prætendit eam probare tenetur, cum regulariter in nostro venemur, vid. Sekendorff. Fürsten - Staat. An convenatio alteri indicenda? Negat Fritsch d. l. affirmat Speidel. v. Jagd. Mores variant. Varia compositionis remedia tradit Fritsch. d. l.

§. 9. Si Jure Societatis convenatio habetur alter altero invito ab ea recedere potest. Secus omnino dicendum si juri præscriptio- nis originem debet.

§. 10. Regulariter principi in prædiis Nobilium convenari licet. Subditi quoque debeat iis-

iisdem servitia vid. Richter *Consil. 4. P. 3. vol. 1.*  
 Modo non immodice exigantur Gail. *Lib. I.*  
*obser. 17.* An feram, oves vel gallinas aggredientem occidere liceat, vid. Weizeneg. *cap. 3. n. de venatu.*

§. 11. Venationi dem Jagd annexum est est etiam das Hezen. In aliena sylva si quis habet jus quoque dat, resecandi instrumenta venationis: vid. Mohr. *de Jure venandi.* Fritsch. in *corpore Juris venatorio*, qui prater Kraisserum *ad Jus venandi Bavanicum & Weizeneggerum* data opera hoc argumentum exponunt.

§. 12. Fures ferarum reliquis exæquati sunt. Modum eos investigandi tradidit Imperator Leopoldus *cit. Ordin.* Ubi & de pœna eorum, qui sine testimonio Venatoris Cærei coria emunt.

§. 13. Cum venatione tanquam accessoriū & aucupium inter regalia haberi cæpit. vid. *Ordinat. Brandenb. Sachsen* pro certa tamen pensione capio rusticis ceditur.

§. 14. Avium distinctio est in majores, quorū referuntur: Nebhüner/ Krammetsvögel/ Almseln/ & minores: Lerchen/ Fincken &c. utrasque vulneratas persequi possumus. vid. Meurer von Forst- und Jagd-Recht *part. III.* Rubr. von *Federspiel.* Idem obtinet si Gnorismata habet Grot. *d. A. B. & C. lib. 2. c. 8. n. 3.* Weich-

96 Tit. III. De modis acquirendi: venatione,  
Weichbild art. 118. Quæ in nostro nidum facit  
nostra non est §. 10. b. t.

§. 15. Licet vero subditis concedatur,  
dato certo pretio aucupium; attamen loci  
inter se rationem habere debent. Sint quoque  
retia, debito modo facta. Neque hodie ex  
laqueo avem surripere licet. Certum itidem  
tempus definitur aucupii conductoribus.\*

\* Ab eo rapaces cuivis capere licet, sed non sine discrimine. Speciale quid obtinet circa Luscinias in  
Prussia.

§. 16. Tertia pars occupationis fera-  
rum est piscatio, jam diu inter regalia relata  
c. 1. quæ sunt regalia II. feud. 56. De licentia ha-  
bendi piscinas & inundatione piscinarum,  
vid. Leisser. d. l. Tam sancta habetur piscatio  
quorundam ut: halecum, ut c. licet X. de feriis  
in eorum Gratiam confecerit Pontifex.

§. 17. Certis conductoribus, sed non  
sine restrictione dierum, modi capiendi &c.  
piscatio concedi solet. Ne malevolis artibus  
totum genus perdant. De Jure compiscandi  
vid. Dietherr. in addit. ad Besold. v. Fischerey.  
An pertinent ad hæredes allodiales vid. Carpz.  
P. 3. C. 32. D. 26.

§. 18. Si præscriptione acquisitum, tan-  
tum præscriptum, quantum possessum. C. cum  
auditis, & C. cum olim X. de præscript. adde Mod.  
Pistor.

Pistor. coll. i. consil. 19. n. 14. Hinc ad piscationem hoc casu non spectant: die Fisch-Otter. De officio Usufructuarii hoc passu vid. arg. L. 62. §. 1. de Usufructu.

§. 19. Occupatio bellica est vel rerum immobilium vel mobilium. Istarum hue non spectat, neque commodè ad modos acquirendi refertur, cum non tam occupatione, quam infœcta pacificatione demum immobilia acquirantur. Bello siquidem durante, res utriusque partis veluti in medio positæ sunt. Hinc sèpè flagrante bello à principibus frustra prædia donata. Qua mobilia vero disponit Recess. Imp. de anno 1570. §. was ein ieder in Schlachten w. Grot. de J. B. & P. tib. III. c. 6.

§. 20. De rebus derelictis vid. tit. de Rer. Divisione §. 13. 14. elegantem casum exhibet Philippi in Eccleg. ad b. t. in f. De rebus perditis, sive incogitantia sive vi majore, ut: fluminis, Jure communii dicendum videtur, quod gratis restituenda arg. §. 47. J. b. t. Sed hodie vix sine præmio ejusmodi res etiam de Jure recuperantur, vid. Voët. ad d. §. Quo vero Domino innotescat, ubinam res sit, introducta est proclamatio, vel schedulæ affixio vid. L. 43 §. 8. de furt. de Jure Saxonico vid. Land N. Lib. II. art. 37. pars tertia inventi indistinctè inventorii addicitur. Cautelas ta-

men, ne aut avarus negotiūm facessat, aut  
insidiosus deceptor rem auferat, regulæ pru-  
dentiæ Judicii suppeditabunt.

§. 21. Illud analogiæ Juris convenit, ut  
qui rem in publico invenit, si lucri cupidita-  
te fascinatus non indicavit, non eadem, qua  
fures alii, poena plectatur.

## T I T. I V.

### *De Accessione & Traditione.*

#### §. I.

**A**ccessio est modus acquirendi, quo res  
fungibilis alii rei, sive etiam operæ pro-  
pter raritatem vel aliam æquitatis ac pruden-  
tiæ rationem cedit & ejus dominium se-  
quitur.

§. 2. Dividitur in naturalem & indu-  
strialem. Hæc non quidem artificium sem-  
per perpetuo tamen factum humanum re-  
quirit. Naturalis vero soli naturæ debetur.

§. 3. Exemplum hujus est Alluvio §. 20.  
¶. b. 1. quæ satis commodè definitur: Incre-  
mentum latens ex aquæ mutatione fundo  
subnatum. Hinc & ad ædificia extenditur, si  
flumini propinqua sint, vid. L. 211. d. V. S.

§. 4. Flumen requiritur publicum,  
quod censitoris vice fungi dicitur. L. 30. §. 3. de  
a. R. D. Idem tamen de rivo publico dicen-  
dum

dum, vid. Oeting. de Jure Limitum lib. II. cap. 2. Lacum quidem excludit lex 12. de A.R.D. Sed secus dicendum videtur si lacus perpetuus sit, arg. ejusd. L. 12.

§. 5. Hodie non opus est, ut distinguiam inter agros, arcisiniros & limitatos vid. L. 16. de A.R.D. Hodie enim agrum limitatum, non dari annotat Fritsch. ad Aymum de Jur. Alluv. Lib. 1. cap. 17.

§. 6. Non tamen omne, quod per alluvionem adjicitur nostrum est. Excipitur enim der Gold-Sand / propter Jura Regalium. Item si major pars vi fluminis adjecta & nondum coalita. Quamvis hoc casu transactionis potissimas partes tribuerem. Quomodo coalitio probanda tradit Schneidevvin ad §. 21. de R.D.

§. 7. Illud alluvioni non obest, si viæ publicæ quid adjiciatur, propter æquitatatis enim rationem, hoc ei, qui agrum ad flumen publicum possidet, tribuimus, arg. L. 14. Quem. adm. Servit. amitt. Casus integrorum fundorum translatorum recenset Feldmann. peculiari dissert. Alluvionem vero exponunt, citat. Aymus, Gambsius &c.

§. 8. Referunt huc nativitatem Insulæ, quam definiunt: Derelictionem partis alvei. Hæc Jure Communi dicitur esse vicina prædia possidentium secundum proportionem Geo-

metricam, vid. Leisser. d. l. c. de Alluv. In Germania circa has non idem Jus. Constitutio Adolphi de anno 1193. in Geldria ad Regalia refert. Easdem in superiori Reno tribuit Electori Palatino, Gryphiander de Insulis cap. II. Idem prætendit Elector Saxonie in sui territorii fluviis vid. Hopp. ad J. de R. D. Jure Civili tamen consentit Speculum Saxonie. Lib. II. art. 56. De alveo derelicto vid. Grot. de J. B. & P. Lib. II. c. 8. §. 9. & seqq. Regalibus euna adscribit van Leeuven Censur. forens. n. 21. Quod & Sixtin. probat de Regalibus Lib. II. cap. 3. n. 33.

§. 9. Quæ de fluviatili Jure dicta sunt, non ratione privatorum tantum, sed etiam intuitu magistratum, Jurisdictionis ac territorialium obtinent. Hinc Jurisdictionis alluvione augetur & minuitur, Leeuven d. l. n. 14. add. Fritschium de Jure Fluviatili, Struv. Exercit. 41.

§. 10. Sunt hujus accessionis etiam factus animalium §. 19. J. de R. D. Jus Romanum Domino matris hos tribuit. Ab hoc quidem abit Grotius d. L. §. 18. qui communes putat. Sed contra hunc disputat Vinnius ad I. de R. D. Ex eâ ratione, quod pars ventris materni sint.

§. 11. Arbor in confinio posita naturali accessione itidem vicino pro aliquali parte acquiritur. Jus Civile ad radices respicit. §. 31. de R.

de R. D. videt tamen L. 6. §. f. ff. arbor. furtim cœsar. Jus Saxonum vero scrupulosa subterranea indagandi ratione omissa ad ramos attenit. vid. Spec. Sax. Lib. II. art. 52. Cumque hæc decisio sit expeditior eam ad alias Provincias quoque extendit Huber. ad J. de R. D.

§. 12. Inter accessiones artificiales primo occurrit specificatio, quæ novæ speciei, quæ ad pristinam formam reduci non potest, confectione dicitur. vid. §. 25. J. de R. D. Iniquitatem quandoque hanc decisionem sapere ostendit Pufendorff. de J. N. Lib. IV. c. 7. §. 10.

§. 13. Species producta specificant non simpliciter addicitur, sed ita, ut Domino materiae actio in factum ad pretium detur, L. 21. P. V. L. 14. de Condit. Indeb. Imo si mala fide ex aliena materia species confecta actio furti plane, §. 27. I. de R. D. Sed hæc hodie actione in factum non est pinguior, vid. Dn. Thomas. de Usu action. penal. cap. 3.

§. 14. Sequitur Intextura purpuræ aut alius materiae §. 26. de R. D. Intexens licet dominium acquirat, tamen vel in factum, vel furti actione pro diversitate bonæ & malæ fidei tenetur d. §. Imo & ad exhibendum actio datur domino intexti non sine duritie, vid. Dn. Thomas. de pret. affect. cap. 3. §. 55.

§. 15. De Ferruminatione von Anschweißen / & adplumbatura Anlythen eadem

dicenda. vid. L. 26. §. 1. de A. R. D. L. 19. §. 13. de Aur. & Arg. legat. Neque distinctionem Panli in L. 23. §. 5. de Rei Vind. Ferruminationem, tantum perpetuum dominium tribuere, afferentis, alios JCtos secutos fuisse ex L. 27. pr. de A. R. D. patet. Quamvis varia à variis conciliandi remedia adferantur. Eadem applica ad quamcunque adjunctionem, qua aliquid rei nostræ augendæ, ornandæ vel reficiendæ gratia adjicitur vid. Struv. Jurispr. R. Lib. II. tit.

## I. §. 43.

§. 16. Confusio Rerum liquidarum utriusque voluntate facta inducit societatem. Casu facta Rei communionem. Unius voluntate facta confundenti dominium tribuit, lasso autem actionem in factum. Imo in casu malæ fidei actionem furti L. 23. vel ad exhibendum vid. Voët. ad §. 28. J. d. t. Quod si tamen confusa ejusdem fuere naturæ, confusum semper fit commune id. ibid.

§. 17. Commixtio rerum minutarum, quæ moraliter separari non possunt practice easdem decisiones habet. Neque obstat subtilitas Metaphysica Tribonianii in §. 28. J. d. t. vid. Simon van Leeuven d. tr. II. 5. 9.

§. 18. De tigno alieno, suo solo juncto olim multiplex distinctio an bona an mala si de esset facta. Sed apud nos citra distinctionem simplicem aestimationem a jungente solvi,

solvi, notum est. Vid. Commentatores ad §.  
29. J. d. t.

§. 19. Qui verò ex sua materia in alieno ædificat, propter Jus soli, dominium materia amittit quidem, sed si bona fide fecit, retinendo possessionem sumtus consequi potest. Amissa autem possessione actio ipsi non prodita, cum omnes Leges de exceptione loquantur vid. L. 37. 38. de R. V. Bachov. ad Treutl. Vol. I. disp. 14. thes. 6. Lit. D. Neque obstat L. 5. Cod. de R. V. quia & repetitio est, si quis per retentionem suum consequitur. vid. Donnellum Comment. 20. 27. Imo nec bona fidei possessori indincte expensas redditas fuisse perspicue probat Celsus d. l. 38. d. R. V.

§. 20. Quod si mala fide quis ædificavit, exceptio ipsi non proderit, nec enim debuit alienam rem esse sciens ædificium posse d. l. 37. de R. V. Necessariorum sumptuum consecutionem indulget tamen d. l. 5. de R. V.

§. 21. Hodierna praxi autem ex æquitate & actionem & exceptionem, modo impensis utiliter factæ sint, & res adhuc extet, vid. L. 38. de Hæred. Petit. sive bona sive mala fide quis ædificavit, concedit Grænevveg. de Legib. abrog. ad §. 30. Et de R. D. adde Bugnon. de Legib. abrogat. Lib. I. sect. 202. Garsiam de expensis cap. 1. 2. 5. Struv. jurispr. L. 2. t. 1. §. 49. Cujac. L. 1. d. 10.

§. 22. Sata & implantata, tanquam accessorium, soli sui dominium sequuntur, modo coaluerunt, vid. L. 26. de A. R. D. Jure Saxonum labor respici solet, inde was die Hacke bedeckt und die Egge bestrichen / folgt dem Erbe, vid. Spec. Sax. Lib. II. art. 58. Neque inquiri solet in coalitionem, quia illud moraliter impossibile est. Hinc inquisitionem hanc & extra Saxoniam cessare persuadeor, licet jus soli attendatur extra eandem.

§. 23. Piætura ad se trahit tabulam propter artis præstantiam, domino tamen vel in factum, si bona fide, vel furti, si mala fide tabula surrepta, actio datur. §. 34. J. d. i. Scriptura autem cedebat tabulæ, simili ab inductione in alieno solo facta desumpto. §. 33. d. a. sed hodie piæturae adæquata. Imo nec in piætura olim convenit, vid. L. 23. §. 3. de A. R. V. Notæ quidem sunt Responsiones Gœddæxi, Pacii, &c. Sed nota quoque est eorum vanitas, Bachov. d. l. Disp. 20. thes. 6. Lit. K.

§. 24. Sed nifallor in eo circa hos modos acquirendi in disputationum Labyrinthos inciderunt Jcti, quod singulis modis singula ac specialia fundamenta assignare voluerint. Neque ab hac labe ipse magnus Grotius c. I. immunis. Cum tamen officium Judicis, in adjudicando harum rerum dominio, unica inspectione, utrum res fungibilis sit, an vero talis

talis, inquam cadit affectio, suo munere defungi queat, quod palpabiliter ostendit Dn. Thomas. de pret. affect. cap. 3. per totum. Scilicet materiae domino ubique sufficit, si verum rei suæ, cuius similem hinc inde comparare potest, pretium consequatur. Quamvis vero ex hoc generali principio acquisitiones, nequidem ipsa specificatione excepta, satis feliciter definiantur, attamen definitio specificationis proderit in doctrina de ademptione legatorum. Item in quæstione an, si quis rem à non domino accepit, & nova forma inducta vendidit, vero domino rei vindicatio contra novum possessorem competat, ant tantum contra specificantem actione in factum aliquatenus agendum.

§. 25. De fructuum infundo, qui bona fide possidetur, acquisitione tenendum, quod bonæ fidei possessor omnes fructus industriales perceptos suos faciat, sed saltim usque ad adventum veri domini. Percipere hic significat solam separationem, lieet alius homo, vel etiam vis ventorum separaverit. Voët. in notis ad §. 35. de R. D. l. 25. §. 1. de usur.

§. 26. Fructus vero consumtos irrevocabiliter plane suos facit citra distinctionem an inde factus sit locupletior an vero non. Nisi rem ex causa hæreditatis possideat, L. 1. §. 1. C. de bæred. petit. Hoc enim casu, rem gratis

habet, quod in titulo singulari regulariter secus est, vid. Cujac. ad African. tractat. 7. ad L. quæsumum.

§. 27. JCti! Saxonici tamen Carpzov. Philipp. &c. quibus & Covarruvias lib. i. Resolut. 3. Menochius ad stipulantur præcise requirunt, ut ex consumtis bonæ fidei possessor factus non sit locupletior.

§. 28. Extantes vindicat quidem verus dominus superveniens l. 22. C. de R. V. Impensis tamen ei restituendæ veniunt §. 23. de R. D. l. 30. 38. de R. V. Fachinæus L. i. controv. 58. Modo res adhuc melior existat. l. 38. de hered. pet.

§. 29. Ex eo quoque, quod verus dominus semper maneat dominus, quod resciens ubi res sit, eam vindicare possit, non est concludendum: ergo b. f. possessor interea fructuum dominus non est, quia duo ejusdem rei domini dici nequeunt, l. sint certo §. si duobus ff. commod. Gail. l. c. 61. n. 8. Nam competit sane bonæ fidei, effectus dominii, quod fructus possit consumere, alienare, a tertio vindicare arg. l. 136. de R. I. & vides in publicana à prætore non dominium fingi, citra præjudicium veri domini, adeoque duplex dominium unius rei statui. Quis ergo juri civili abjudicaret hanc facultatem, ut geminum dominium unum fictum alterum verum in uno eodemque casu non admittat? intelligenda ita-

itaque regula ex l. 5. commod. de dominio ejusdem generis vero, scil. non de duplice, quod tamen in nostro casu conspicitur. Respon- sionem ad l. 45. de usur. vid. apud Strauch. jur. univ. DN. Thomas. in not. ibid.

§. 30. Malæ fidei possessor atitem semper in dolo & culpa esse dicitur l. 8. §. 1. de cond. furt. l. 82. §. 1. de V. O. Hinc omnes fru- Etus restituit. Constituitur autem in m.f. post denunciationem seu motam controversiam l. 20. §. 11. de hered. petit.

§. 31. Traditio est ultimum comple- mentum titulorum. Jure naturæ non est abso- luta necessaria Huberus L. 4. Digress. c. 9. Interim ad evitandas disputationes omnium se- curissime contractui adjicitur, nisi aliud quid adsit, quod controversiam decidit, ut in legato testamentum in success. ab intest. moderna lex.

§. 32. Pro varietate rerum variat. Mobi- lia de manu dantur, in immobilia fit inductio. l. 3. §. 1. A. A. P. In incorporalibus patientia vice traditionis est l. f. de serv. Requisita sunt justus titulus, alterius acceptatio l. 1. §. de A. A. P. possessione vacua non opus Donell. 4. Comm. 19. Quandoque tamen insinuatione judiciali peragitur ut hodie immobilium Voët. ad § 40. de R D.

§. 33. Est vel ficta brevis manus, aut longæ manus, vel symbolica, v. l. 14. f. de

f. de peric. rei vend. Omnis jus alienandi supponit. Scotationem exponit Gonzalez ad c. i. X. de consuetud. Effectuationem Huber. praelett. ad J. b. t.

## T I T. V.

## De Usucapione &amp; Præscriptione.

## §. 1.

**O**lim præscriptio longi temporis & usucatio, ratione temporis effectus, rerum & loci secerni debebant, si communi doctrinæ fides. Sed Rævard. Lib. sing. de ver. usuc. different. eam solide refutat & Tribonianus <sup>aviso</sup> in princ. P. R. t. eruditæ notat, ostendendo insuper veram originem l. un. C. de transform. præscr.

§. 2. Practice utraque est: adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti Modestin. l. 3. b. t. Potest etiam dici: capio dominii per usum. Possessio enim hic usus est. L. questio inf. de V. S. Hinc sicuti utendo acquirimus, non utendo amittimus: ita utendo vicissim aliis retinet. Unde Usurpatio usucaptionis contrarium est, vid. Cujac. ad L. 2. b. t.

§. 3. Primo bona fide opus est, minimum ab initio & tempore acceptationis L. 15. §. 3. b. t.

b. t. quamvis JCTus dissensisse notet, Voët. propter L. 23. §. 1. L. 48. §. 1. de A. R. D. quæ c. L. 15. contradicere videntur. Jure Canonico, quo utimur, perpetua bona fides exigitur, cap. f. X. b. t. Ex ratione ut illustr. Coccejo: definitibus bona & fid. in prescript. videtur non adeo concinna. Confer tamen Grot. de J. B. & P. Lib. II. c. 23. §. 2. Hæredis bona & mala fides judicatur ex persona defuncti L. 11. de diversis prescript. successori singulari B. F. antecessoris omnino prodest: M. F. autem eatenus nocet, ut tamen à propriæ possessionis initio tempus usucaptionis computare possit L. 13. §. 1. de Acquir Possess. Jure Codicis inter rem mobilem & immobilem distinguit Voët. ad pr. n. 4. in f. b. t. In mobili emtoris & venditoris B. F. reqirens.

§. 4. Porro requiritur Justus titulus i.e. ad transferendum dominium habilis L. 23. C. de R. V. putativus non sufficit §. 6. J. b. t. Excipitur tamen justus error propter L. 27. & L. 11. pro Emto. Tale dicunt esse si quis in facto alieno, rei apparentia, fama communis &c. erret, vid. Gilcken. de Usucap. part. II. m. 1. c. 1. n. 20. Titulus pro hærede, titulus plane non est, vid. Thomas. ad Huberum b. t. Titulus pro suo idoneus est, si per eum intelligas qui speciali nomine non gaudet, sed sub accessione aut occupatione comprehenditur. Huber. d. l.

§. 5. Dein res debet carere vitio. Vitiūm contrahitur, si immobilis vi possidetur, vel si mobilis furtiva aut præfidi contra L. Jul. data sit, §. 2. b. t. *L. quod contra ad L. Jul. repētundar.* In his enim subditorum negligentia regulariter argui non potest. Excluditur tamen hic vis compulsiva, nam extortæ res in alium translatæ usucapiuntur, modo B. F. accipiat. *L. 3. quod met. caus.* Kœppen Lib. I. obseruat. practica 89. n. 9. sicuti nec clandestina occupatio M. F. facta, reale vitium prædicto affricat §. 7. b. t. at Furtum h. l. requiritur animus propter casus in §. 4. 5. b. t. ad quos Imperatorem in §. 6. respexisse probabile est. Vitium purgatur si res vel ipsa ad dominum redierit, vel idem pretium per transactiōnem a fure acceperit. *L. 84. de furto.* Item si res furi surrepta animo restituendi Land. Lib. II. art. 37. & ibi Glossa.

§. 6. Sunt præter eas aliæ res, quas vel rei natura v. g. res meræ facultatis, uti; honor, vel favor possessionis usucaptioni exemit, ut res fisci, pupillorum, minorum &c. vid. *Commentar. ad 7.*

§. 7. Tandem traditio exigitur, neque enim sine traditione & acceptione possessio, qua tamen in usucapione opus, transfertur, vid. *L. 25. de acquir. Possess.* Donell. *V. Commentar. 5. in f.* Ultimum requisitum est tempus le-

ge

ge definitum. Temporum à momento ad centum annos juridicam explicationem vid. apud Cujacum *de divers. tempor. præscript.* & Eustath. *de temporal. intervallis.* Pro Communiori Regula Imperator in rebus mobilibus triennium, & immobilibus decennium, ut tandem hoc, non prius, in gratiam absentium duplicetur, statuit *pr. b. t.* In Saxonia requiruntur dreysig Jahr ein Jahr und Tag. Ita tandem ut res eorum, qui Reip. vel religionis, vel captivitatis causa absunt, excipientur. *Lib. I. art. 38. Land. Recht.* Contra mentem hujus legis distinctio inter mobilia & immobilia introducta est. Vid. Schilter *Exerc. 45. §. 49.* Jus Suevicum civile vicennium refert c. 122. Aliarum provinciarum mores exhibit Leeuven *lib. II. c. 10. n. 10. in Censura forensi.*

§. 8. Remanserunt tamen præter præscriptionem usucaptioni mistam, præscriptiones 30. & 20. annorum vid. *tot. tit. C. b.* Est & præscriptio immemorialis *L. 3. §. 4. de Aqua quodit.* quæ etiam vetustatis nomine venit *L. fin. de aqua pluv.* Hic solus lapsus temporis attenditur, vid. Rævardum *l. c. n. 9.* Definitur: Præscriptio per tempus, cuius initium memoriam hominum seniorum excedit, ita ut se non contrarium vidisse, nec audivisse profiteantur, vid. Ockel. *c. i. de præscr. immemor. thes. ii.*

§. 9. Est & præscriptio actionum & accusationum de qua *infra ad processum*. Adde interim præter citat Gilcken & Ockel, Gebhardum *integro tractatu de Usucapione*.

## T I T. VI.

## De Potestate Utendi Fruendi.

## §. 1.

**R**eferimus ad usum omnes actus, quibus circa rem suam versatur dominus, ut mutationem, perditionem, auctionem, versionem in quamcunque etiam imaginariam utilitatem, fluunt hæc ex ipso dominii conceptu. Si enim res ad nos pertinet non ad alios: nostri quoque arbitrii erit de rebus istis statuere. Accedit quod sæpe rei non esset usus, nisi mutare perdere &c. liceret.

§. 2. Species mutationis prædiorum sunt addito sepimento agrum redigere in horrum, vineam in agrum vel contra, sylvam in novales, pratum in piscinam vel viceversa mutare. Fontem fodere ubi non erat.

§. 3. Aedificia mutantur si habitatio in horreum, stabulum in furnum, furnum in tabernam vinei adusti &c. transformes.

§. 4. Hæc omnia tamen temperant Leges, interesse principum & universitatis.

Hinc

Hinc ubi pascua communia , pratum sepimento munire nefas. vid. Dietherr. ad Besold. v. Zarn. Ubi frumentum rarius, ex agris vineas facere non licet. Vid. Ordin. Wurtenbergic. B. Struv. *Diss. de vineis* Idem de sylvis pro lignorum copia vel inopia , Jure venandi, aliis competente dicendum , vid. Gail *tib. II. observ. 67. n. 9. 10.* Quod etiam ad piscinas, quas regulariter in suo condere licet , quamvis vicino lucrum aliquod decedat , modo positive damnum non detur , per *L. proculus de damn. inf. &c. adde Stryck. II. M. De S. P. R. §. 8.* & ibi plena manu citatos.

§. 5. Eadem mutationem ædificiorum determinant. Sic quibusdam in locis protecta prohibita C J. A tit. de N O. N thes. 6. Lapidés in ædificando præcise adhibendi. Horreum cum furno in suo solo non ubique exstrundum , vid. Ord. Aedific. Magdeburg. Ulmensem , Franckefurtan. &c. præcipue deformitatis Urbis , periculi incendii , vid Tuber. *de incendio c. 46.* Imo & Fœtoris ratio habetur , vid. Stryk. *de Jure sensuum Dissert. 5. c. 3. n. 19.*

§. 6. Quod & æmulatio impedimento sit communiter docetur Vid. Dn. Stryk. *de Jure æmulat.* Probari volunt eandem ex regula: quod alteri nocet & tibi non prodest, illud omittendum arg. L. 2. §. 5. *de aqua pluv.*

Inimicitiam tamen insuper requirit Cephalius consil. 130. n. 150. vid. Richter. p. 1. cons. 55. Sane si peculiare de ea extet statutum, ut in cit. ord. Ulm. & Aedilibus commissa inspectio, res definiri potest. Alias difficillimæ probationis æmulatio est, vid. Dn. Thomas. de Non-Ente. Act. For. ex Æmul. Adde tot. Tit. C. de ædificiis privatorum. Quatenus castrum ædificare liceat, vid. Leisserum Jure Georgii lib. 1. c. 24.

§. 7. Perditio rei propriæ limitatur ex notissima regula: Inter estreip. &c. §. 2. de his qui sui vel alien. Jur. Unde tot Leges sanituariorum contra luxum. Vid. Pufendorff. de J. N. lib. III. c. 3. §. 6. Adde his declaraciones pro prodigo, quarum ratio est in præfat. ad Nov. 8. princ. §. 1. Imo propter Interesse Steuerale proprio ædificio ejiciuntur, qui illud leviter curando perdunt.

§. 8. Judica ex iisdem de auctione, ex ornatione & versione in imaginariam utilitatem. Ne ornamentis patrimonium impendatur, cavit Reform. Polit. 1577. tit. 14. vers. item soll auch der unnützen Rost. Adde prohibiciones, quæ confectionem vini adusti, des Krafft-Mehls &c. prohibent.

§. 9. Fruendi vocabulum non tantum omnis generis fructus in se continet, sed etiam accessiones. Fructuum divisiones sunt in naturales & industrielles, illi custodiuntur

tur hi coluntur. Usus est in B. F. possessore, & de Jure Saxonico in transitione ad hæredes usufructuariis Leeuvven *censu forensi II. cap. 6. n. 4.* Idem in successione hæredum feudaliū & allodialium, vid. Richter. *volum. II. consil. 43.* Determinatio eorum spectat ad Judicem, Carpz. *p. 3 C. 32. D. 24.* In naturales & Civiles. Usus itidem est in successionibus vi- duarum nobilium & pastorum, vid. Richt. d. l. & Dn. Stryk. *de anno Gratiae.* Alium usum vid. Berlich. *p. 1. conclus. 22. § 44.* In perceptos & percipiendos. Usus est in M. F. possessore, qua restituūionem vid. L. 22. C. de Rei Vind. §. 2. de Officio Judic. In pendentes & separatos. Usus est in remissione mercedis conductori facienda, vid. Vinn. *ad §. 36. de R. D.* In Consumtos & extantes. Usum vid. *supra tit. 4. §. 26.* In legumina & frumenta vid. Thomas. *de Jure circa frumenta & infra de Emt.* In olera, fructus arborum & reliquos, de illis regulariter decimæ non solvuntur Leeuvven *d. l c 24. n. 10.* De floribus vid. Dn. Wildvogel *de Jure Florum.*

§. 10. Spectat vero ad Dominium, potestas fruendi, etiam non sine limitatione, quod dicta de Venatione & metallis evincunt. Adde quod per Decimas, Census, Steueras & alia onera fruitio valde restringatur. Quod certis casibus onus recipiendi viam

H 2 publ-

116 Tit. VII. De Defensione Domini*i*

publicam partem fructuum intercipiat. Quod subditis ferendum, si cœtra in eorum fundis metatur princeps. Si in eorum prædiis, ut pabulo careat hostis, fruges reſecentur & eiūſmodi ſexcenta alia.

TIT. VII.

De Defensione Domini*i* & Nuntia-  
tione novi Operis.

§. I.

CVm dominium nobis tantum Jus in re concedat, non aliis, unde proprietas dicitur L. 46. pr. de Uſufruct. ſimul includit facultatem res easdem etiam vi defendendi , vid. LandN. lib. II. art. 36. lit. 3. art. 78. & ib. Gloff. Grot. Lib. II. c. 1. n. 11. Cz. praxi Criminali part. 1. queſt. 32. n. 17. Inde furem licet abigere , certo caſu plane occidere L. 54. §. 2. de furtis L. 4. § 1. ad L. Aquil. Leeuvven d.l. lib. 5. c. 1. n. 14. Idque ex regula Leg. 45. §. 4. ad L. Aquil. Plane clamore non opus eſſe vult Groenevvegen de LL. abrogatis ad d. l. 4. ſed rectius diſſentit Dn. Stryk. §. 17. U. M. ad L. Aquil. vid. B. Struv. de vindicta privata, c. 4. §. 10. n. 6.

§. 2. Non tantum vero contra eum, qui palam rem furari aggreditur , defenſio in jure parata ; ſed & contra eum, qui per inſi-

infidias intercipere conatur, inventa remedia. Fieri saepe hoc solet ædificando, dum quis vel addendo, vel detrahendo, vel novam speciem inducendo, novum opus facit, L. i §. ii. b. t. Refectio huc non pertinet, modo quis pristinam formam servet, d. l. §. 13. Neque hujus loci sunt, succisio arborum, vel putatio vinearum; quia sermo tantum est de iis, quæ opera hominum solo juncta, d. l. §. 12.

§. 3. Illud non interest, an quis in urbe, an in villis, an in privato, publico, sacro vel religioso loco novi quid moliatur, d. l. §. 14. & 17. Nam omnibus his casibus vel Juris nostri conservandi, vel damni depellendi, vel Juris Publici tuendi causa, novi operis nunciatio datur. Potissimum tamen hic spectat, quæ propter rem propriam competit, publica enim nunciatio cuilibet civi relinquitur l. 3. & 4. b. t.

§. 4. Est vero novi operis nunciatio: Solennis prohibitio novum opus molienti facta, ut desistat, donec vel remissione, vel cautione Jus continuandi in opere consequatur l. 8. §. 4. l. 20. pr. b. t.

§. 5. Datur potissimum domino l. 5. §. 6. licet dominium commune tantum habeat l. 3. §. 1. Imo etiam qui utile habet, ut: Superficario & Emphyteutæ, l. 3. §. 3. a. l. 9. b. l. un. §. 4. de Remission. Datur & aliis qui Jus in re

habent, ut servitutem, pignus, l. 9. b. vid. Coll. J. A. §. 4. b. Hilliger. ad Donellum Encl. 14. comm. 45 Lit. H. ubi scrupulositates de distinctione Servitutum, differentia hujus nunciationis à vindicatione &c. Alieno nomine nunciant Procurator, l. 13. §. 2. Tutor l. 7. §. 1. Inquilinus ac colonus proper l. 11. pr. l. 13. pr. locati. Absente scilicet domino arg. l. 1. C. si per vim.

§. 6. Qua nunciatum, non exigitur, ut Jus in re habeat, sed sufficit, ut in novo opere nomine domini deprehendatur, modo nunciationem capere possit & domino indicare l. 5. §. 3. Requiritur tamen ut nunciatus sit in re præsens, hinc domino qui in foro est frustra nunciatur, d. l. 5. §. 2. Idem est si quis socio suo nunciet l. 3. §. 1. aut Prætori l. 5. §. 7. Reliquas exceptiones vid. l. 5. §. 11. b. 14. b. t. l. 1. §. 11. de Cloac. l. 3. §. 8. de Riv. Scilicet cessat præcipue si salus publicæ inde periclitetur. Si opus nondum sit cæptum, modo juste timeatur, sufficit, arg. l. 1. §. 8. b. t. l. 20. §. 2. b. Completo opere quod vi aut clam agendum l. 1. §. 1. b. t.

§. 7. Modus dicitur esse vel Judicialis, per implorationem Prætoris ut prohibeat l. 2. b. vel extrajudicialis per manum lapilli jaætu, vel per sola verba. Binos priores minus concinna nunciationem dici vult Strauch. Exercit.

23. §. 4. Cæterum ne binæ posteriores ab ad-  
versario negentur, expedit Notarium cum te-  
stibus adhibere monente Gailio lib. 1. c. 16.  
add. Mindanum de Mandat. l. 2. c. 30.

§. 8. Effectus est ut nunciatus desistat  
ab opere, usque dum de utriusque Jure con-  
stet, Hahn ad Wesenb. b. t. n. 9. Si è proter-  
via pergit, Jure Civil. datur actio ad demo-  
litionem, vid. Colleg. J. A. n. 21. b. t. Potest  
tamen nuncians, si velit, etiam ad Interesse  
suum agere L. 21. §. 4. b. Ut effectus vero se-  
quatur, opus est Jure Civili, ut intra trium  
mensium spatium de jure suo nunciator do-  
ceat, quod tamen usu non servari, tradit  
Gail. d. l. n. 17. Respiciendum potius ad ter-  
minum probandi in quovis Judicio con-  
fuetum.

§. 9. De praxi Germanica vid. Schilt.  
b. t. §. 28. Post brevem informationem Judi-  
cis, unico summario processu petitur man-  
datum inhibitorium. Modum concipiendi  
inhibitionem, ut copulativè abstentio ab o-  
pere & Juris competentis demonstratio fiat,  
tradit Hahn ad Wesenb. b. t. n. 9. Probatio su-  
scipitur per petitionem Commissariorum, ut  
oculariter loci faciem inspiciant, & ichno-  
graphiam conficiant, adjunctis seniorum te-  
stimoniis, si quid ipsis notum. Si parere re-  
cusat inhibitus, ad instantiam Implorantis

110 *Tit. VII. De Defensione Domini*

demolitio arctiore mandato propriis sumtibus facienda injungitur, vid. *Præjudicium apud Hahn. d. l.*

§. 10. Hinc Grœnevvegen ad L. 4. b. t. de Legib. abrogat. solam nunciationem judicalem usu servari ait. Imo B Schilter. *Exerc. 42.*  
§. 28. nunciatione novi operis Romana Germanos carere aperte pronaunciat. Excipit rem tamen locum à Judice nimis remotum, ubi ad interim privata adhibetur & de ea attestatum Notarii supplicæ inseritur, quod in Camera, quæ de locis longe disfatis inter statutus judicat servari, ait Gail. l. c. 16. n. 12.

§. 11. Neque vero incommodis destituuntur, civiles nunciations. Nam in Judiciali, uti vidimus, gemino veluti processu opus erat. Extra Judiciales privatæ, an quis in suo, an in alieno ædificaret, scrupulosè secernendæ erant. Imo verbales possessionem adversario concedebant l. 5. §. 10. Quia concessione caufidici per suas acceptationes facilè abutebantur.

§. 12. Modi finiendi hunc processum itidem mutati. In Camera Imperiali cautionem omni tempore pro varietate circumstanziarum à judge admitti . refert quidem Schvvanmann *Proc. Cam. lib. I. c. II n 4.* Sed in Saxonia oblationem ejusdem regulariter locum non invenire, testatur Moller. l. Sem. 44.

Neque

Neque mors nunciantis, uti olim, vid. L. 8. §. 6. h. t. nunciationem tollit, sed pars ad reassumendum processum citatur, Grœnevvegen ad d. l. Conventionalis remissio tamen vid. L. 1. §. 10. vel Prætoria in casibus L. 5. §. 14. §. 18. l. 8. §. 4. vid. L. un. de Remiss. hodie num frequentatur.

§. 13. Optime huic negotio prospicitur, ubi nemini ædificando aliquid innovare licet, nisi ædiles circumstantias loci prius exanimaverint, vid. Ordinationes Erfurt. & Noric. apud Schilt. d. l. §. 26. 27.

## T I T. VIII.

### De Damno infecto.

§. 1.

**U**SQUE adeo Jura res nostras defendunt, ut etiam, si damnum nondum factum, metuatur tamen ex vetustis alterius ruinis, petitionem cautionis concederint, modo calumnia petentis absit. L. 2. l. 7. pr. b.

§. 2. Reo comparere & cavere nolente, Actor mittitur in possessionem rei ruinosæ custodiæ causa L. 4. §. 1. Quod si reus missi nem insuper habeat, post aliquod interval lum d. l. §. 4. arbitrarium arg. L. 15. §. 21. secunda missio fit. Dominus expellitur L. 1. l. 15. §. 13.

H 5 & mis-

& missus vel dominium, vel usucapiendi conditionem consequitur, d. l. §. 16. Dissidenti Bachovio ad Wesenb. b. t. respondet Hahn. *ibid.* insimul utriusque decreti formulas abjiciendo.

§. 3. Si missus, nec ex primo, nec ex secundo decreto admittitur, datur actio in factum ad praestandum Interesse L. 15. §. f. b. t. quæ perpetua & ad hæredes transitoria. *L. 17. §. 3.*

§. 4. Si damnum vero jam ab ædibus ruinosis citra antecedentem petitionem cautionis L. 6. b. t. per violentiam externam L. 24. §. 2. b. t. datum: vel rudera derelinquenda, & quasi noxæ danda, vel damnum datum sarcientum, *L. 7. §. 2. L. 9. b.* Si autem cautio exacta, præcise damnum restituendum, *arg. d. l. 6.* Si cautio propter legitimum impedimentum non petita *L. 9. pr. junct. L. 8. b. t.* vel secundum Mevium ad *Jus Lubec. p. 4. tit. 3. art. f.* vitium operis notorium fuerit, eadem est decisio.

§. 5. Respublica autem si e.g. è mœniis civitatis damnum timeatur, ab hac cautione immunis est *L. 15. §. 10.* quia immobilia possidet *L. 15. qui satud. non cog.* Quid igitur agendum? Principem adeundum monet Oldendorp. *claff 6. act. 14.* ut prohibeat opus nocivum fieri, & factum tolli jubeat. Nam nec per

per Remp. civibus debet damnum inferri,  
L. 24. §. 1. h. t.

§. 6. Imo non videtur opus plane apud nos, ut quis cum tædio cautionem, & ea de negata bina decreta, cum hæc bina decreta saltim in Jus vocationi privatæ inserviisse dum animadverterint eruditæ, impetrat. Peti enim potest inspectio ocularis per artis Architeconicæ peritos, vel mandatum ad demoliendum, aut reficiendum. Confirmatur hæc formula agendi auctoritate ipsius Glossæ ad L. 24. §. 1. Oldendorpii d. l. vid. Schilt. in f. Exercit. 42.

§. 7. Si tamen remedium Juris Romani electum est, moderna praxi in casu non admissi ejus, qui decretum impetravit, propter Processuum protractiones, multa, pignoratione & aliis arctioribus remedii, iudici jussum suum exequi licere vult, Schilt. §. 39. d. l. Adeoque actionem in factum in foris nostris superfluum esse inde colligitur.

§. 8. Commodissima medela esset, si per ordinationes ædilitias huic negotio providetur, uti Francofurti factum, ubi lege post denunciationem ædilium, res sub pena caduci intra annum ædificanda est.



## TIT. IX.

*De Actione Negatoria.*

§. 1.

**D**ominus prædii, L. 1. 2. & 4. si serv. vind. vel  
Dei, qui Jus in re habet Coll. J. A. n. 22. h.  
pro libertatis defensione comparata est actio  
negatoria, quæ definitur: Actio, qua alterius  
iniquam in re nostra factam prætensionem  
oneris alicujus negamus & à nobis depelli-  
mus, arg. §. 2. J. de act.

§. 2. Spectat quidem potissimum ad  
declinandas injustas servitutes. Si quis sci-  
licet vel plane servitutem non habet, & ta-  
men ea uti, vel si habet, sed modo præscri-  
pto non uti, velit L. 9. b. t. Nihilominus &  
propter alia iniqua prætensa datur, toties  
scil. quoties aliquis sine jure quavis ratione  
libertatem nostram impedit L. 9. b. t. Exem-  
plum habet Stryk. U. M. b. t. §. 5.

§. 3. Concessio commoditatis precaria  
hanc actionem non impedit, C. J. A. ad tit. si  
servit. vind. n. 18. Nec patientia concedentis  
ad casus similes extendenda L. 14. pr. b. t. Ces-  
sat tamen, si quis jure suo utitur in re aliena,  
vel vicino nocet faciendo aliquid in re  
propria L. 26. de damn. infect. L. 11. S.P.U.

§. 4. Contra Socium, si in rem socii ex  
re

re propria occasione rei communis quid tentat, locum habet hæc actio. Idem dicendum si ex re ptopria in communem e. g. tignum immittat, vel ex communibus ædibus in alterius proprias L. 27. de S.P.II. Si vero in re communi tantum quid faciat, communi dividendo judicio opus est L 26 d.t. Non potest enim hic ostendi injusta servitus, quippe quæ bina prædia requirit.

S. 5. Petitur, ut impedimentum libertatis tollatur, & quidem sumtibus ejus, qui illud injectit, L. 14. d.t. L. 2. C. de Servitut. Ad Judicis tamen arbitrium pertinet an insuper cautionem in futurum decernendam putet L. 12. ff. d.t. Habetur & interesse ac fructuum interceptorum ratio L 4 §. 2. d.t. Illud petitionem non vitiat si actio negatoria affirmative concipiatur, modo ad servitutis negationem collimet, exemplum est in d. l. 4. §. 7.

S. 6. In hac actione libertas non est probanda L. 9. C. de Servitut. Licet adversarius sit in quasi possessione servitutis L. 16. C. de Probation. Schilt. Ex. 18. § 39. Richter. Decis. 98. Carpz. lib. I. Resp. 67. Brunnem. ad L. 9. C. de Servit. Qui rationem adjecit, quod fortior sit præsumptio libertatis, quam possessionis. Accedit quod in litis contestatione semper servitutis constitutio à reo affirmando, vid. Rivin. Enunc. Jur. tit. de Lit. Contest. p. 325. quæ tamen

men facti est & hinc probanda. Dominium actorem probare debere vult Cothmann. IV. *Conf. I. n. 35.* Sed hoc capiendum de Casu, ubi rem actor non possidet, nam possessio hic loco probationis est Mynsinger. *Cent. I. o. 19.* vel supponendum, reum dominium actori non competere probasse.

§. 7. Cautus vero fit actor in libello formando. Licet enim a probatione liberetur, si in terminis mere negationis substituit: Attamen ubi vitiosam adversarii possessionem, clandestinam, violentam &c. dixerit, ipsi postea demonstranda est horum factorum assertio, vid. Richt. d. l. n. 6.

§. 8. Gemono processu Possessorio & Petitorio in foro quidem hanc actionem tractari notum est. Verum cum protractione justitiae. Hinc Schilt. d. loc. post litis contestationem allegata servitutis probationem longe rectius injungi & rem uno processu terminari annotat.

## T I T. X.

## Finium Regundorum.

## §. 1.

**N**On saltim rem nostram integrum, sed eiusdem quoque fines jure defendimus, five

sive pleno dominii , sive Emphyteus eos , servitutis , aut hypothecæ jure ad nos spectent L. 4. §. 9. b. t. datur itaque hic actio : Qua confines prædiorum contendunt , ut veteres fines confirmentur , aut his non apparentibus novi constituantur & designentur.

§. 2. Ratione ædificiorum hæc actio cessat. Cum hæc non dicantur confinia , vel potius , cum ipsis parietibus satis distinguuntur L. 4. b. t. Propter actiones in factum hodiernas parum curabitur , quod viæ receptæ agendum sit in casu L. 4. b. t. Ubi flumen publicum prædia terminat , ideo locum non habet nostra actio , quod è flumine nil peti possit , nec eiusdem cursus prior facilè restituatur , arg. L. 5. b. t.

§. 3. Non tantum vero inter privatos , sed & inter ipsos territoriorum dominos judicium hoc exercetur , si Marcæ confusæ , vid. Gylmann. *Syphor.* tom. 4 p. 1. vot. 14. n. 267. Signa finium publicorum & privatorum locorum in eo regulariter secernuntur , quod in illis extantiora sint , vid. Rüdger Ruland de *Commissar.* p. 2. lib. 6. c. 3. n. 18. & seqq.

§. 4. Sitne ratione originis mixta ut partim ex jure in re , partim ex jure ad rem oriatur , quæri solet. Negant Huber. b. t. & libr. IV. *Digressionum.* c. 6. Donellus ad §. 29. f. de action. Personalem esse existimantes. Prolixæ

lixe autem affirmat Bachov. ad Treutl. vol. 1.  
*Disp. 19. tbes. 1. Lit. D.* cum Hahnio ad Wesenb.  
 num. 6. b. t. Sanè quod realis sit & præstationes  
 fructuum & impensarum accessorie tantum  
 concurrent ex L. 4. §. 9. b. t. arg. L. 4. §. 2. si servit.  
 vind. patet. Hinc in determinatione fori eius-  
 dem, merito ad forum rei sitæ recurrit Zanger.  
*de Except.*

§. 5. Peragitur hic processus vel coram  
 Commissariis, vel Judice Ordinario, adhibita  
 inspectione oculari, Schilt. b. t. §. 8. Si res ob-  
 scuræ disceptionis, utrobique recurrunt ad  
 agri mensores, Ruland. *de Commiff. p. 1. lib. 4.*  
*c. 20.* vid. Wehner. *voc. Umbgang.* Hi in si-  
 gna limitum sedulo inquirunt & ichnogra-  
 phiam conficiunt. Imo unam non sufficere  
 hodie discimus ex R. J. de anno 1654. §. 51.

§. 6. Generalia tamen & communia,  
 signa inquisivisse ubique non sufficit, sed præ-  
 cise ostendendi sèpius: Jagd-Grenzen / Ge-  
 richts-Grenzen &c. Adde Fritsch. *von Fluhro*  
*Recht c. 2.* Quo vero in promptu habeantur  
 signa, eorum catalogum exhibuit Dn. Stryk.  
*U. M. b. t.* Quamvis non negandum præter  
 ordinaria signa, alias conjecturas à natura rei  
 sumtas hic utiliter adhiberi.

§. 7. Quod si vero in prima inspektione  
 nuspia apparent de signis antiquis, neque  
 instrumenta: *Fluhr-Bücher / Rauff-Briefe /*  
*aliave*

aliaye certi quid loquantur , nec seniorum testimonium , quod de auditu hic alias admittitur , Bruunemann ad L. 11. b. t. Omni jure petere licet , ut ocularis inspectio repetatur. Unde post eam semel forte factam sententiam non esse præcipitandam monet Berlich. p. I. concl. 47. Si tamen omnia frustra adhibentur , novi limites constituendi partibus præsentibus §. 6. J. de Off. Jud. LandR. Lib. II. art. 50. vel contumaciter absentibus L. 3. Cod. L. 8. §. 1. ff. b. t. Dominium partis adjudicatae hic statim transit , vid. Hopp. §. f. de Off. Jud.

§. 8. Fructuum restitutio injungi solet à tempore litis contestationis L. 4. C. b. t. Hodie vero à tempore citationis in libello peti possunt. Nam judicia nostra incipiunt à citatione formula est : Die Früchte von Zeit erhobner Klage &c. Multum tamen hic defendum observantia judiciorum.

§. 9. Præscriptionem limitum non agnoscunt Dd. quotiescumque vetus instrumentum reperitur , unde liquido prisci fines probari possint , arg. C. fin. de Prescript. Casum exhibit Dn. Stryk. II. M. in f. b. t. Titulum hunc ex professo tractant Hieronymus de Monte , & Oettinger de Jure Limitum. Multæ lites præcaverentur , si finium conservandorum ratio melior haberetur , vid. Seckendorff

130 Tit. XI. De Rei Vindicatione.

in Fūrsten & St. p. i. aliud remedium habet  
Ord. Polit. Ducat. Magd. c. 30. §. 2.

T I T. XI.

De Rei Vindicatione.

§. 1.

**O**bligatio, quæ ex dominio oritur, ut lo-  
quitur Grot Lib. II. cap. 10. vel ex lege na-  
turali, introductionem dominiorum secuta,  
Schilt. §. 1. b. t. necessitatem imponit rei alien-  
æ possessori, eam suo domino restituendi.  
Quod nec Juri Romano contrarium, eo ipso  
enim quo ius vindicandi & rem ab alio pe-  
tendi è dominio & lege civili nascitur, per na-  
turam correlatorum, obligatio alterum  
stringit.

§. 2. Verum quamvis in effectu resti-  
tutio rei nostræ cum aliis obligationibus con-  
veniat. vid. L. 68. de R. V. v. hæc sententia Libe-  
rum tamen fuit Imperatori §. 1. J. de Aet. a-  
ctiones reales obligationibus opponere, cum  
hæc in sensu juridico ex factis oriantur, non  
mera possessione. Imo cum ipsa demum  
obligatio, nostrum restituendi, ex dominio  
oriatur commodissime, sub primo fonte, de  
Rei vindicatione exponitur.

§. 3. Est vero Rei vindicatio: Rei no-  
stræ apud quemlibet possessorem existentis ex  
domi-

dominio orta persecutio. Modum vindicandi veterem tradit Rævardus Tom. I. pag. 36.

§. 4. Dominium hujus actionis causa est & quidem plenum ac directum ex mente legis civilis, æquitatis tamen ratione ad dominium utile extendit L. 73. §. 1. b. L. 1. §. 1. f. ager vectig. Datur & iis, quibus dominium ex privilegio tribuitur ut : minori & ecclesiæ Quodvero ex inde in directam & utilem dividitur usum practicum non habet Klein. Notis MSt. ad Lauterb. b. t. cum ad idem tendant. Si binî concurrunt in vindicando directus & uti is dominus, hic prefertur, quia ad hunc spectat possessio, Hopp. ad §. 1. f. de Aet.

§. 5. Petuntur gemina, ut nos domini declaremur & res restituatur. Hinc probandum dominium, & adversarii possessio L. 23. b. t. propter illius difficillimam probationem\* actio publiciana frequentior videtur in foro. Imo à rei vindicatione abstinenti consilium suggerit Cajus L. 24. b. t.

\* Ferdinand. Vasquis controv. illustr. l. 2. c. 51. n. 16. impossibilem judicat dominii probationem. Neque eam probat solitus canon vid. L. 20. C. de agric. censit. Nec perceptio fructuum vid. L. 25. §. 1. de usuris. Nec possessio, cum & hoc bone fideli possessori competit. Nec signum rei impressum, quod saitim traditionis rei pr. sumptione inducit L. 14. §. 1. de periculo rei vendit. Nec libri prefecturarum, nisi antiquitas accesserit,

Vel iussu principis post inspectionem finium confititi sint. arg. §. f. J. de fide Off. Jud. Remanens itaque soli modi acquirendi in tit. de R. D. Inst. oppido rari & forte casus §. fin. J. de Usucap. Prescriptionem tamen ubique excipio, cui mores adjecerunt citationem edictalem sub perpetui silentii pena, quæ citanti ititem plenum dominium tribuit. Gail. lib. 1. O. 57. n. 9. Ceterum pro fundanda publiciana, actione aliquatenus priora conjecturam facere, non adeo inficias ibo. Sed ad dominii ipsius probationem minus commode referuntur.

§. 6. Possessio hic vel vera vel ficta, hujus species sunt, si quis dolo desit possidere, vel liti se obtulit L. 13. §. 3. de Hæred. petit. Quo vero constet quid probandum in ipso bello dolii mentio fieri potest, aut oblationis vid. omnino U. M. b. t. Horum alterutro probato reus statim condemnandus L. 27. pr. & §. 1. b. t. Res petita præcisè restituenda d. 1. 68. b. t. Nec enim aliud pro alio insolitione in vito creditori obtrudi, vel dominus cogi potest, ut rem invitus vendat, inde justum pretium offerens non auditur. Mæv. p. II. Dec. 271. Pœna tamen negantis possessionem L. 36. b. t. forte in Germania nostra non recepta. Hinc non opus est, ut probetur abrogatio. vid. Grœnev. ad L. f. Cod. qui pot. in pign. habeant.

§. 8. Si post litis contestationem vel hodie citationem petitor dominium amisit judicium

clandum cæptum finitur & reus absolvitur, quoniam per sententiam non amplius potest declarari dominus Jason. ad §. 1. de action. si post id tempus dominium acquisivit, processus, tanquam retro convalidatus peragitur, arg. L 27. b. t. Ex mente Jur. Canonici c. 3, de re judicat. in 6. distinguitur an res ex speciali causa petita an non, quod praxi observandum Jo. Faber. ad d. §. 1. n. 18. Opus tamen, ne plane post terminum probatorum superveniat Stryk. u. M. §. 11. b. t. inf.

§. 9. In restitutione fructuum mala fides statim à tempore citationis computatur, adeo, ut omnes postea restituendi vid. prolixie Sandium Lib. III. decis. tit. 15. Judex propter clausulam salutarem libellis annexi solitam ex officio non petitos adjudicare potest. Imo si omisi: hodie mera imploratione, etiam post sententiam peti possunt. \* Schilt. §. 56. b. not. a. De impensis vid. supra tit. IV. §. 20.\*

\* Contraria opinio exinde est, quod crediderint Dd. judicem judicando desinere esse judicem, quod tamen hodie fallit. \* De distinctione & difficultate applicatione in discurso.

§. 10. Licet probatio dominii actori incumbat, si tamen reus probare possit, & hoc ipsi conductit, ut non tantum absolvatur, sed etiam dominus declaretur, cap. cum causa de sentent. & rejudic. Ne tamen & reus frustra

elabatur juramentum purgatorium ipsi injungendum §. 18. II. M.

§. II. Restitutio pretii reo regulariter denegatur, nisi rem ab hoste alias peritaram emerit. Aliam tamen exceptionem vid. van Leeuven Lib. II c. 1. n. 3.

§. 12. Contra eum, qui ante cœptam malam fidem rem culpâ amisit, officium suum perdit rei vindicatio. Sicuti & post usucacionem, secundum regulas *supra tit. V. traditas.*

## T I T. XII.

### *De Publiciana Actione.*

#### §. I.

**A**Ctio Publiciana: est actio orta ex domino à Prætore facta, sive rerum corporalium, sive incorporalium, qua rem ad nos spectantem contra quemlibet possessorem persequimur.

§. 2. Non temere tamen finxit Prætor, (quo tempore Publicius Præturam gesserit ex Ciceronis Oratione pro Cluent. demonstrat Schilt. §. 65. b. 1.) sed positis circumstantiis, quod petens probare possit, se esse in conditione usucapiendi. Non omnibus vero requisitis usucacionis opus esse creditur. Bonam fidem enim perpetuam tantum requiri in

in usucapione vera , non hac facta voluntas  
Brunnem ad L. 7. b.t. Hilliger ad Donellum  
Lib. II. capl. 8. Lit. R. Dissentientium catalogum  
exhibit Schilter. b. t. §. ubi Bachov. Jason &c.  
Traditio etiam non probatur , ubi ipso iure  
dominium transfertur L. I. §. f. b.t. Jus Saxonum , ut in immobilibus judicialis resigna-  
tio probetur, adjecit Carpz. Lib. I. Resp. 102.

§. 3. Cui detur hæc actio satis liquet.  
Extendenda ad eos assertio, qui jus in re dicto  
modo habent , L. 6. §. 2. si servit. vindic. L. II. §. t.  
b.t. excluditur tamen , qui pignus habet L. 13.  
§. 1. b.t. Convenitur eadem omnis , qui infir-  
miore Jure rem possidet. Regulariter enim me-  
lior est conditio possidentis , arg. L. 9. §. 4. b.t.  
Quandoque tamen & dominus L. 72. de R. V.

§. 4. Si res à diversis non dominis em-  
ta potior est possidens d. l. licet petens prius  
rem acceperit , si scilicet inter se agunt . Si e-  
nim contra tertium , prioris & antiquioris ac-  
ceptionis omnino ratio habetur L. 31. §. 2. de  
act. emt. ut in concursu , qui primus accepit  
præferatur.

§. 5. Praxi jungitur hæc actio alterna-  
tive cum priore ex formula Juris Canonici  
cap. III. de sentent. in 6. Neque enim hac ratio-  
tione sibi contradicere videntur. Gail. Lib. I.  
o. 62. n. 5. Sufficiet quoque , pro introducen-  
da cumulatione , formula : Jure dominii vel

quasi Alexander *Consil. 69. n. 5.* Licet enim & utile dominium etiam quasi dominium in libellis nominetur. Attamen prudens judex ex circumstantiis, facile arbitrabitur, qualiter res petatur.

§. 6. Non in omnibus jura Germanica in dominii vel quasi persecutione juri Romano respondent. Jus Lubecense admisso principio: Hand soll Hand wahren *Lib. III. tit. II. art. I.* eo casu, si proprio contractu rem alicui commiserim, praeceps ab eo, non à tertio petere jubet. Consentit, eidem Jus Saxonum Land<sup>R</sup>. *Lib. II. art. 60.* Pro quorum exquitate contra dicaces verba facit Lehmann. *Lib. II. c. 27.* sane commerciis florentissimum Belgium eodem jure utitur, vid. Grænev<sup>v</sup>. d. 1r. ad §. 16. *J. de obl. ex delict.* Fructus porro non minus labori adjudicantur, modo bona fides adfit, & domino prædii census solvatur Land<sup>R</sup>. *Lib. II. art. 46.* Ut homines ad agriculturam excitentur. Probationes tamen per aquam, vid. Jus Suevicum C. 24. *W<sup>z</sup> Recht lib. III. art. 21.* merito abrogatae sunt, quia non in Deum fiduciam, sed superstitionem arguunt.

TIT.

## TIT. XII.

*De Divisione Dominii seu Communis dividendo.*

§. 1.

**A**ctio communis dividendo est : Actio, quæ datur ad divisionem rei inter plures communis, non habita peculiarium circumstantiarum ratione.

§. 2. Communionem intelligimus rerum singularium, sive corporalium, sive incorporalium ad plures jure in re pertinentium L. 4. L. 7. §. 6; b. l. Ex quaenque causa, præter hereditatem oriatur non interest, L. 2. pr. b. t.

§. 3. Si quis in hac communione manere nolit, potest ad divisionem agere, propter L. 77. §. 20. de Legat. II. L. 2. C. quand. & quib. quart. deb. Licet pacto aliter cautum L. 14. §. 2. b. t. aut qui ad divisionem provocatur minor sit L. inter omnes &c. Cod. de Præd minor. aut contra piam causam divisio urgeatur.

§. 4. Omnia hic probe dividenda, ut evitetur læsio. Si res commode dividi nequit, vel si partes inæquales facienda: alter alteri in pecunia summam condemnandus l. 3. C. b. t. Justa æstimatio autem ubique præcdere debet. L. 34. famil. hercisc. Quæ tamen,

cum à judice, tum à publica subhastatione  
arg. l.3. C. comm. divid. Philipp. de Subbaſt. II. 2.  
n. 82. tum etiam à provocante alicubi, vid.  
Mev. p. II. decis. 21. fieri potest, vid. Leeu-  
vven IV. 27. 5. in f.

§. 5. Habetur quoque ratio communis admini-  
strationis ut commoda & expensæ exæquen-  
tur l.3. pr. b. t. Neque hodie an partem separatim  
gerere potuerit socius l.6. §. 2. scrupulosius in-  
quiretur, non enim in formula sed naturali  
ratione L. 206. de R. J. arg. L. 1. pr. de contrar. tut.  
act. actionem fundamus. Cum ex jure in-  
re, cui sepe factum seu administratio acce-  
dit, fluat, mixta dicitur, §. 20. J. de Act.

§. 6. Majorem partem habenti non tan-  
tum electio tribui solet, utrum rem an preti-  
um solvere velit. Faber. ad C. lib. II. tit. 25. def.  
2. n. 1. Carpz. p. III. C. 15. D. 1. inf. sed & instru-  
menta authentica ipsi relinquuntur, L. 4. §. f.  
famil. hercifc. Exhibere tamen eadem aliis tene-  
tur, L. 5. b. t.

§. 7. Pertinet tantum ad res ex Jure in  
re, Dominio, Pignore &c. Communes. Ad  
res ex Jure ad rem communes extendi ne-  
quit L. 7. §. u. b. t. Multo minus ad istas, quæ  
inter prædones communes sunt, vel precario  
possidentur, quia his deficit justa possidendi  
causa L. 7. §. 2. b. t.

§. 8. Finitur præscriptione triginta an-  
norum,

norum , à tempore , quo , vel quis solus pro suo quiete possedit L. 14. §. 2. b. t. Vel quo alter ad divisionem provocans , socii prohibitio ni stetit , computando L. i. §. ad hec. C. de anal. except. v. ibi. Brunnem. in Comment. Quam diu vero res ut communes possidentur , ne mille quidem annorum possessio judicium hoc tollit , Wissenbach. b. t. thes. 23. addit. Schneidevv. ad 7. de act. §. 20. n. 19. pactum de non dividendo juramento confirmatum. An læsio locum faciat rescissioni & qualis requiratur non convenit inter Dd. vid. Dn. Berger. Peculiaris Dissertat. & Dn. Stryk. §. 7. u M. famil. hercisc. Sedes argumenti est in L. 3. C. comm. utriusque judicii. Optime egerunt status , qui speciali lege sustulerunt controversiam , vid. Würtenb. Landes-Ordn. p. II. tit 14. pr.

§. 9. Quod major dividat minor eligat moribus germanicis , in hac materia non receptum est , Carpz. p. II. Const. 15. Def. 23. (Lübecz tamen hic modus placuit. Mæv. p. II. decis. 21.) Divisiones prædiorum rusticorum per multas ordinat. provinc. prohiberi testatur Leisser. de Jure Georg. In consulendo prud entia œconomica in hoc judicio utramque facit paginam.

§. 10. Cum venditioni comparetur divisio rerum communium , evictionem præstandam esse inde consequitur , si forte alteri socio

socio partem suam è potiori jure auferri contingat, L. 10. §. f. b. t.

## T I T. XIII.

## De Jure Alienandi.

§. I.

**R**EI sepe non est usus nisi eam alienare possimus. Hinc potestas alienandi dominii particula vid. §. 40. J. de R. D. Intelligitur vero per alienationem non tantum plena translatio dominii, sed etiam servitutis, pignoris nexus, imo negligentia, qua rem usu capi patimur. L. f. C. dreb. alien. non alienand. L. 28. de V. S. Qui tamen occasione acquirendi non utitur, alienare non dicitur d. l.

§. 2. Binis vero modis leges alienandi libertatem restrinxerunt, vel cogendo plane nolentem, ut alienet, exempla sunt in L. 14. §. 1. quemadm. serviuut. amitt. L. 12. pr. de Relig. §. 2. de his, qui sui vel alien. Brunnem. ad L. 11. C. de contrah. emtion. Vel alienationem interdicendo volenti exempla exhibit Imperator, in tit. quib. alien. lic. Sicuti vero prior species erat necessaria, ita in posteriori voluntaria prohibetur, vid. L. 1. ff. de fundo dotal. L. 2. C. eod. Si enim necessario prohibita fuisset, lex contradixisset legi. Alienationes invitatis iunctæ

junctæ intelliguntur etiam ex dictis in tit. VI. Prohibitæ vero alienationes Imperatoris d. t. I. spectant ad Jus Personarum. Hujus loci sunt prohibitiones generales, ne in fraudem creditorem, ne judicij mutandi causa, ne rem litigiosam, ne rem quibus Respubl. eget extra territorium, ne bona familiæ seu avitæ alienemus. Causæ harum prohibitionum, sunt salus publica vel in se, vel in singulis considerata, vel odium fraudulentiarum & aliarum.

§. 3. In fraudem creditorum alienare dicitur, qui affectu & effectu alienatione sua iis præjudicat, vid. Voët. ad J. qui & ex quibus caus. man. In eo tamen distinctio est, quod gratuito accipienti res auferatur licet non fuerit in dolo, cum tamen ei, qui titulo oneroso accepit, nisi fraudis particeps fuerit, relinquitur, L. 6. §. 8. quæ in fraud. Cred. Gratuito vero non accipit maritus dotem L. 56. §. 1. de dote. Nec qui ex sponsione lucratur Sandius lib. 3. tit. 13. def. 2.

§. 4. Si res sub conditione donata affectu opus non est, sed solus eventus sufficit. L. f. C. qui manum. non poss. ut donatio rescindi queat. Illud non refert, siue creditores jam missi sint L. 2. de Prætor. pignore vel non missi L. 17. pr. quæ in fraud. Cred. Dissentit Donell. ad J. sed malè vid. Bachov. ad J. §. 6. de Att.

§. 5. Comprehenditur hic, uti supra, etiam negligentia Juris quæsiti L. 3. 4. 5. d. t. vel si aliquid creditori per gratificationem dicto modo datum L. 17. §. f. ibid. Non autem omissione lucri acquirendi L. 6. pr. d. t. excepta tamen, in favorem fisci, causa fiscalis, cuius respectu & hæc pro alienatione habetur L. 45. de Jure fisci, vid. Grænev. ad d. l. 6.

§. 6. Si alienatio itaque in dictas leges impingit, habetur pro nulla, non aliter, ac si res semper in bonis debitoris manisset §. 6. f. de Act. Hæres tamen & similis persona secundum Cassium l. 11. b. t. in id, quod ad eum pervenit, tenentur. Sicuti alias hæc actio intra annum utilem creditoribus ad rem ipsam repetendam datur, post annum in tantum modo, in quantum ad possessorem pervenit. L. 10. §. 24. b. t.

§. 7. Alienatio judicii mutandi causa, definitur: quæ ideo fit, ut rei vindicationem possessor declinet & difficiliorem adversarium obtrudat l. 1. §. 1. l. 2. ff. b. t. Hæc pariebat, olim actionem contra alienantem ad Interesse l. 1. pr. b. t. Dolus regulariter probandus erat, l. 1. pr. b. Nam alias honesta est vox ejus, qui litig exscratur. Usus hodie exiguis est, si enim alienator, utile judicium rei vindicationis suscipere paratus sit, ad quod tamen cogitur arg. L. 27. §. 3. de rei vind. cessabit, l. 3. §. f. b. t.

b. t. Hinc frustra de ejus pinguedine disputatur, frustra dicitur utilius esse actori, quod non adeo evidenter Juris in re probationem exigat. *U. M. §. 2. b. t.* estenim in potestate rei, hanc actionem à se amoliri.

§. 8. Res litigiosa est: de qua lis mota est, quod hodie fit per citationem Schilt. *Exercit. XIII. §. 4.* Igitur in hoc solo à re, de qua in §. *præc.* differt. Pœna si reus rem alienet *Jure Civili* est solutio dupli ab emtore & venditore simul facienda fisco, vel hoc solo sciente, simpli cum annullatione contractus. Quæ eadem manet actorem actionem in judicium deductam alienantem *L. f. C. b. t.* Abrogatam esse contendit Grœnev. *ad C. b. t.* Processum contra alienatorem continuari hodie & contra possessorum executioni mandari ait Wissenbach *b. t. thes. 26.*

§. 9. Mevii doctrina est *p. IV. decis. 103.* *104.* ut translato jure, vel re, de qua litigatur in alium, is, cuius non fieri interest, indemnis servari debeat. Hinc si nec actori, nec reo damnum infertur, alienatio omnino licita haberi debeat. Unde colligis omni casu interesse mensuram dare, sive reus, sive actor alienationem suscepit. Idem cum Mevio tenet, si mentem respicis Struv. *Exercitat. XLVI. thes. 51.* Eckold: *b. t. §. 8.* Perez, *in C. lib. II, tit. 55, n. 7.* si res legatur litigiosa, præstat hæres

hæres sumtus processus & litem periculo legatari, peragit, Nov. 112. c. 1. per quam correcta est L. 3. 4. C. b. t.

§. 10. De Jure Civili jam à pœna litigosi eximebatur, quod in alium pet transactio nem, vel dotis causam, vel donationem propter nuptias translatum erat, cum hic cupiditas vexandi non præsumatur *dit.* Nov. Donatio simplex autem, cum donator & donatarius, qua leges de litigiosis vendentibus similes haberentur, pœnæ ordinariae obnoxia erat. Vid. Cujacium ad C. b. t. p. 1296. Sed hodie propter communem præstationem interesse his distinctionibus caremus.

§. 11. Quatenus propter annonæ caritatem, vel aliud periculum instans, alienatio prohibetur, ex specialibus legibus addiscitur. Sicubi vero lex extat, ea non stricte interpretanda *arg.* L. 7. C. de reb. alien. non alienand. Spectat huc, quod in crimen læsæ Majestatis, post quam semel perpetratum alienationes non valeant, L. ex judic. ff. de Accusat. Quod administratores rerum alienarum sua alienent, cum sua causa L. f. C. Rem alien. gerentes. Prohibita quoque erat certo casu alienatio omnium bonorum L. si libertius ff. de Jur. Patronat.

§. 12. Bonorum hæreditariorum i. e. quæ hæreditario jure alicui delata sunt, jure Lube-

Lubecensi alienatio interdicta lib. 1. tit. 10. art. 6. Intelliguntur tamen sub his sola immobilia, in reliquis enim cessat ratio legis, Mev p. 6. Decif 238. In dubio autem, eodem jure, bona magis acquisita, quam hæreditaria præsumuntur. Jus Saxonicum lib. 2 art. 52 Weichbild art. 20. itidem inter mobilia & immobilia secernunt. Illa sine consensu hæredum alienari prohibit. Hæc quidem alienationi subjiciunt, sed tamen eo tempore, quo vel equo nobilis infidere poterat, vel publice ire atque redire alius. Postea enim homini jus amplius in sua bona non esse maiores nostri credebant vid. Glossam ad cit. LL. Unde, quam angustis limitibus definita fuit alienatio, intelligitur.

## TIT. XIV.

## De Servitutibus.

## §. 1.

**N**ECESSITAS, vel dantis, qui rem integrum servare non poterat, vel accipientis, qui non plene & integre eandem ex alterius manu, sed cum onere demum acquirere poterat, servitutem rerum introduxit. Definatur autem, quod sit jus in re aliena, vi cuius dominus prædii servientis in alterius utilitatem aliquid pati vel omittere tenetur.

K

§. 2.

§. 2. Quod jus in re sit demonstratio-  
ne non eget, alias enim à personali, quæ ex  
statu hominum fluit, non differret. Oportet  
autem sit res aliena, ex communi correlato-  
rum natura. Ast quod in patientia & non  
facto consistere dicatur, ex lege Romana est  
*I. 15. §. 2. b. t.* Hodie siquidem multa onera  
realia, quæ etiam in faciendo consistunt, præ-  
diis imponi tralatitium est. Quæ tamen ser-  
vitutibus accenserri, exinde constat, quod  
germanicè: Dienste / & prædium, cui inhæ-  
ret: Dienstpflichtig vocentur. Secernenda  
nihilominus hæc probe ab iis operis servili-  
bus, quæ à certa persona, citra impositio-  
nem in rem ipsam stipulamur. vid. Cæpolla  
*de servitut. præd. Urban. c. 2. n. 6.* Posset itaque  
has servitudes germanicas dicere, cum sint è  
moribus Germanorum. Brunnemannus con-  
suetudinarias dixit *ad L. 8. C. b. t.*

§. 3. Opus tamen est, vi definitionis,  
ut ipsius prædii ratione onus præstetur. Ete-  
nim si quis monopolio certo gaudet, ut so-  
lus braxet &c. licet circumhabitantes ad cer-  
tam distantiam emere cogantur, cum tamen  
& inquilini, imo per consequentiam peregri-  
nantes quoque se eximere non possint, mi-  
nus exæcte tale jus servitus dicitur, quod præ-  
diuum serviens hic deficiat, Brunneman. *d. l.*  
*Schilt. b. t. §. 4.* Interim tale reale privilegi-  
um,

um, eodem ferè modo defenditur, possessori acquiritur, & finitur uti servitus. Ob eandem rationem genuinam servitutem non continent Lex 71. §. 2. de condit. & demonstr.

§. 4. Curate & anxie nimis vocabulo UTILITATIS \* inhærebant Romani. Sane Paulus L. 8. b. t. ait: Servitutem ut spatiari, cœnare in alieno, aut pomum decerpere queamus constitui non posse. Verum moderni hujusmodi jus servitutem appellare, non erubescunt, Verstegen deservit. Præt. Diff. 1. aff. 1. §. 11. Hotomann lib. 8. obs. 20. Imo ad commoditatem servitutem constitui posse, colligitur ex l. 3. de aqu. quotid. Et quidni, cum hæc sæpe ne vix quidem ab utilitate possit secerni.

\* Plane multa inutilia Jcti Romani huic materiae miscuerunt &c. g. 1.) quod servitutis causa debet esse perpetua L. 28. de S. P. U. quod quidem emollire & in alium sensum torquere tentat Mev. p. 3. dec. 35. sed perperam 2.) Quod servitudes sint individuae l. 17. 3.) Quod ad tempus constitui nequeant l. 4. pr. de servit. 4.) Quod omnibus fundi partibus inhærent l. 9. d. t. 5.) Quod per partes non constituantur l. 8. d. t. Id quod tam in quibusdam fallit Stryk U. M. de S. P. R. §. 7. 6.) Quod nequidem consentiente proprietario ab usu fructuario prædis imponi possint l. 15. f. de usufr. 7.) Quod servitus ita, ut vicinus aliquid facere cogatur, tametsi nobis utilissimum sit, l. 6. §. etiam si servit vindic. constitui nequeat.

## Tit. XIV. De Servitutibus.

8.) De utilitate non consenserunt, præcise eam requirit Ulpianus l. 5. de S. P. R. sed in inutilibus servitutem consistere ait Labeo l. 19. de servitut. Et ad amplitudinem aquam duci posse, afferit Pomponius l. 3. de aqu. quodit, quod Et verius.

§. 5. Divisiones sunt in reales & personales, prout prædio, vel personæ debentur. In continuas & discontinuas. Illæ, quæ continuo usu exercentur. Hæ, quarum pro re nata tantum usus est. Porro in nominatas quæ nomina habent & innominatas quæ nomine peculiari destituuntur, ut in l. 8. de servitut. Ulterius in dividuas, quæ divisionem recipiunt, & individuas, quæ eandem respunt. Sed hæ binæ divisiones usu carent. In affirmativas tandem, ubi serviens aliquid pati, & negativas, ubi aliquid omittere cogitur. Ultimo in Romanas & Germanicas, vid. §. 2. præced.

§. 6. Peculiaris servitus etiam erat operarum servilium, seu jus omnem utilitatem ex operis servorum percipiendi. Quod morte quidem servorum, sed non morte dominorum exspirabat l. 2. de serv. oper. Sed hæc ad Germaniæ statum non quadrat Grænev. ad b. t.

§. 7. Servitus realis dicitur: Setvitus, quæ servientis prædii libertatem minuit, dominantis utilitatem auget. arg. l. 15. pr. b. t.

præ-

prædio ubique adhæret, nec mutato possessore extinguitur. Utilitatis vocabulum civiliter hic accipiendum, vid. Zasium *sing. intel. lib. 1. c. 1.* Quomodo cognoscatur, constitutio servitutis hujus, tradit Cæpolla *de servitut. c. 2. de S. P. II.*

§. 8. Subdividitur ratione prædiorum in urbanam, quæ prædio urbano, & rusticam, quæ prædio rustico debetur. Nam denominatio est à prædio dominante. Cæpolla *c. 11. n. 10.* Hinc conciliantur exempla servitutum relata in §. 1. *J. b. t. collata iis*, quæ *L. 2. pr. de S. P. R.* vid. Manzium *de servitutibus tit. 1. qu. 5. n. 22.* Quæ prædia urbana, quæ rustica explicat Cæpolla *d. l.* ubi naves ad urbana, molen-dina ad rustica refert. Differentiam horum *supra* vidimus *tit. 2. §. 24.* Vid. Strauch. *diss. 7. s. b. 6.* qui respondere conatur ad *L. 4. in quib. caus. pign. tac.* ubi Neratius à loco prædiorum, distinctionem desumit. Sed Cujacius *ad J. §. prædiorum, de Servitut. præd.* Faber *lib. 19 Conj. 215.* Hotomann *lib. 8. O. 42.* singularem opinionem Neratium foviſſe aperte fatentur. vid. *supra Proleg. §. 107.*

§. 9. Usus distinctionis dicitur esse 1. quod rusticæ solo non-usu amittantur *L. 19. §. 1. quem serv. amitt.* urbanæ factio contrario *L. 6. de S. P. II.* 2. Rusticæ pignorari possint, urbanæ neutiquam *L. 11. 12. de pign. typ.* 3. Urbana-rum

rum nomine novum opus nuncietur, quod nomine rusticarum non permisum Weizenegger de servitut. dissert. 3. c. 1. §. 17. 4. Rusticæ intermissionem habeant, urbanæ usu continuo possideantur L. 14. b. t. L. 18. de S. P. II. 5. Rusticæ in agendo & patiendo, urbanæ etiam in non faciendo consistant: van Leeuven. Censur. forens. b. t. 6. Rusticæ non nisi immemoriali tempore acquirantur L. fin. de prescript. long. tempor. Mevius p. 9. decis. 165. n. 9. §. 10. Sed ultima differentia infringitur ipsa citata l. fin. C. Dein, quæ usucapi nequeunt, pro his non competit publiciana l. 9. §. 5. de publ. act. Enimvero pro servitutibus competit publiciana L. II. §. 1. d. t. vid. Laudensem in L. servitutes ff. de servitut. n. 4. Penultimam refutat servitus altius non tollendi, relata inter rusticas L. 2. pr. de S. P. II. vid. Weizenegger diff. 3. c. 3. Quarta universalis non est, nam servitus protectum habendi rusticæ esse potest, & tamen semper possidetur. Tertia propter cessantes actionum formulas & nomina cessat, vid. supra Tit. 10 §. 9. adde Grœnev. ad L. I. de nov. op. nunciat. Peti potest hodie ubique inhibitio. Neque secunda subsistit, quia servitus itineris, quæ oppignorari potest. d. l. 12. de pign. Hyp. etiam urbano prædio, teste experientia constitui potest. Igitur Marcianus in L. II. ibid. intelligendus est

est de certis servitutibus alteri inutilibus. Prima vero differentia, est servitutum affirmativa-  
rum & negativarum, non rusticarum & urba-  
narum. Dissentientes vid. apud Stryk. *U. M. de  
servit.* §. 6. & Harprecht §. fin. *J. de servit.*

§. II. Exempla servitutum urbanarum  
sunt ; altius tollendi & non-tollendi servitus.  
Ista, qua quis tenetur invitus altius ædificare,  
hæc vi cuius non potest, ædificare, licet ma-  
xime velit. Ita Cæpolla c. 26. d. l. ubi & de  
usu. Alii communiter supponunt statutum,  
quo nolente vicino altius ædificare non licet.  
Hic vicino permittente ultra præscriptam men-  
suram ædificium extollere, servitutem altius  
tollendi constitutam, unius jus imminutum,  
alterius adauctum esse dicunt. Sed manet,  
in signis scrupulus unde constet Imperatorem  
de statutis, & quod probe notandum à priva-  
to arbitrio suspensis cogitasse cum tituli Co-  
dicis de ædific. privatis & aliæ leges de tigno  
juncto, identitem publicum commodum re-  
spiciant. Hinc rem non conficiunt, quæ cu-  
mulat Weizeneker *dissertat.* S. c. 5. n. 16. Nec est,  
quod ad *C. de adif.* & *L. II. ff. de S. P. U.* hic re-  
spici cum Corrasio dicas, adeoque ad *L. civi-*  
*lem generalem*, ædificiis modum præsciben-  
tem. Nam hoc concessso, servitutem altius  
tollendi & non tollendi, rursus coincidere,  
necessum foret. Interim hodie tribus istis

modis, quos Cæpolla, Corasius, & Faber recensent, vid. Weizenegger d. l. servitutem, constitui posse fateor, sed jus Romanum ad tales respexisse, probabiliter diffiteri cogor. Probabilissime igitur cum Bacchov. vol. i. diss. 17. thess 2 lit. D. has binas unam eandemque servitutem esse dicimus. Neque obstat, quod §. 2. 7. de Aet. affirmativè formula agendi, ut, altius tollere liceat, concipiatur add. L. 1. de S. P. II. l. 2. de S. P. R. Intelligendi enim sunt tex-tus, quod liceat cum efficacia altius tollere, ne alter vicissim contra ædificare possit. Et hoc vult quoque dicta agendi formula.

§. 11. De luminibus binæ servitutes occurunt, lumen, qua vicino fenestras, lumini hauriendi causa, in communem, vel vicini parietem, immittere licet. L. 4. b. t. Et ne luminibus officiatur, per quam vicinus lumen vicino suo adimere, vel obscurare prohibetur L. 16. de S. P. II. Caveat acquirens, ne dicat: Ut nunc sunt lumina &c. Sed generaliter: ne luminibus officiatur. Sic enim & futuræ mutationi prospexit, L. 23. d. t. De refractione luminis & rara servitute vid. L. 17. §. 2. d. t. Moderantur & hic statuta prospectum in vicini aream, & jura habendi fenestras, etiam in proprio. Ubi vero licentia naturalis non temperata, servitus constitui potest, ut quis vel nullas, vel non apertas, vel aliquas tan-

tantum fenestras in suo habeat, vid. Manzi-  
um ad J. de S. P. II. n. 13.

§. 13. Servitus ne prospectui officiatur ex ipsis verbis intelligitur. Modo usus ejus esset frequentior. Servitus eadem, vel novi prospectus acquisitionem notat Bachov. ad Treutl. d. l. 1 bes. 3. lit. O. vel concessionem prospectus in certum locum. Schneidevvin ad J. de servit. §. 1. n. 26. Conventio hic dat legem contractui.

§. 14. Servitus foraminis ein Gussstein est: vi cuius dominus prædii servientes for- videntis sortes è pavimento meo recipere te- netur, vid. Grœnevvegen ad L. 28. de S. P. II. Durior hæc est servitus cloacæ, die Albzucht vom heimlichen Gemach prolixè disputatum an hæc etiam egestionem per servientis prædium includat, quod conceditur, vid. L. 1. §. 17. de cloac. si alias hujus servitutis non amplius esset usus, arg. l. 20. de S. P. R. l. 28. de S. P. II. Modo ita fiat, ut serviens quam minimè gra- vetur. Mev. p. 3. dec. 35. & 372. Carpzovius p. 2. decif. 108. etiam cum incommodo vicini suf- ferendi fætoris cloacam ædificari posse existi- mat. Sed æquius negat Dn. Stryk de Jure sen- suum 5. 3. 19.

§. 15. Servitutem stillicidii, qua vel stillici- dium alienum recipere teneor, vel meum alte- ri relinquere cogor, exponit Dn. Thomasius

*diff. de stillicidio.* Weizenegger *d. diff. III. c. 6.* Fumum fœtidum ex taberna in superius ædificium citra servitutem immittere non licet, vid. Gothofred. *ad l. 8. §. 5. si serv. vind.* De licentia fumum ducendi in plateam disponunt statuta vid. Weizenegg. *§. 27. d. l.* De furno vid. Cæpolla *d. l. c. 50.* de domo braxatoria *ll.* *M. de S. P. ll. §. 12.*

§. 16. Jus tigni immittendi est vi cui-jus tignum in parietem vicini immittere licet, germanicè: das Erahm-Recht vid. *l. 20. de S. P. R.* Practicè hoc à servitate oneris ferendi non differre vult Wezenegger *d. l. c. 4. §. 33.* Cæpolla *d. l. c. 58.* nisi solo onere reficiendi, quod in hac incumbit servienti non illa. Et quamvis secundum magis & minus eas-dam servitudes fecernat Conanus *L. 4. comm. 10.* Ut scilicet plus sit in onere ferendo: attamen puto germanico idiomate vix peculiaris vocabulo distingui, ut potius videndum quid actum sit. Unde hodie parum inesse credo formulæ stipulandi *L. 33. de S. P. U.* Servitutem projectum habendi einen Ercker vel protegen-di ein Wettertach vid. *L. 242. §. interjectum de V.S.*

§. 17. Rusticis servitutibus communiter accensentur: Iter, actus & via. Iter est jus ambulandi eundi *L. 11. b. t. ein Durchgang.* Potest etiam in prædio urbano consti-tui

tui vid. §. 10. *supm.* Comprehendit etiam ambulare *d. l.* Sed nescio an idiomate germanico, nisi aliud aetum. Semel determinatum amplius variari non potest, licet tamen servienti alium locum aequaque commodum eunti assignare. Cæpolla de S. P. R. c. 1. n. 7. Latitudo, si conventio eam non definivit, spectat ad arbitrium boni viri *L. certo generi.* 13. §. 2. b. 1. Actus est jus agendi jumentum vel vehiculum, germanicè Durchfahrt vel Viehtrifft. Moderate utendum hac servitute, utiliter tamen *L. 9. de servitut.* latitudo determinatur ut in *cit. L. 13. §. 2.* Via definitur: Jus eundi & agendi ambulandi *L. 1. b. t.* Nisi specialia pacta adjiciantur ab actu sola latitudine differt, quæ hic ipsa lege definita. *L. 8. d. t.* Quod actus iterve ab eo separari non possint uti vult Weizenegger. *diff.* 4. c. 4. n. 5. hodie aperte falsum *U. M. p. 108.* In est ei jus hastam erectam ferendi, vid. Hert. ex Scalig. *in opusc. var.* Manzius *ad J. b. t. num. 127.*

§. 19. Aquæ ductus est Jus aquæ descendæ per fundum alienum. Constituitur hæc servitus etiam in futurum, aqua licet nondum inventa *L. 10. b. t.* Quod si sine hominis facto aqua alicubi decurrit: superior illam intercipere potest. Cæpolla c. 4. n. 54. *d. l. vid. L. sicuti.* §. Aristoff. *si servit vindic.* Limita tamen *ex l. 10. tit. cod.* Pro aquæ usu hinc tali casu constituen- da

da servitus aquæ non intercipiendæ, quam explicat Manzius n. 228. d. l. Non licet aquam per alienum ductam ulla ratione conspurcare. (*L. 17. b. t. L. 3. de aqu. quod. & astiv.* Affines sunt aquæ haustus ex alieno fonte vel puteo, pecorum ad aquam appulsus. Illud naturale satis, quod inferior fundus aquam ex superiori defluentem etiam citra servitutem recipere teneatur. Quia & pinguedo superioris ad eum defertur. Cujacius *L. 49. ad Edictum Pauli l. 2. pr. de aqu. pluv. arcend.* Cohæret fundo aquæ ductus, licet separatim à venditore fuerit acquisitus, vid. Schilt. *Exerc. XXX. §. 127.*

§. 20. Pascendi jus, si quis habet in alieno itidem servitutis rusticæ species est propter *L. 39. §. ad L. Aquil.* Constituitur geminatio, ut vel ad certæ personæ vitam restrin- gatur, vel acquiratur prædio. Hoc casu prædii utilitatem tantum respicit, ut numerum pecudum pro ratione prædii saltem in pa- scu abigere liceat. Mev. p. 5. decis. 259. Quamvis mos & statutum insuper hic decident, Weizenegger *dissertat. 4. c. 6. n. 14.* Imo certa animalia à quibusdam pascuis sæpe plane excluduntur, *ibid.* Si personæ jus hoc concessum, videtur concedens respexisse ad ejus conditionem *Glossa in L. 1. de servitut.* quia servitutes personales competunt personis propter se ipsas Cujacius ad *L. 1. de servitut.*

Da-

Datur & compascuum, quod si universitate competit indivisibile est respectu singulorum, Weizenegg. d. l. n. 17. \* Si vero plures privati compascuum exercent, eadem dicenda, quæ supra de convenatione.

\* Ubi Et de jure der Reuter.

§. 21. Super sunt arenæ cretæ fodendæ, lapidis eximendi, calcis coquendæ, uvas premendi, frumentum exprimendi in alieno servitutes. Sed solo nomine intelliguntur. Plures adjicit Cæpolla c. 14. c. tr. Divisio earundem à quatuor Elementis desumta. Scilicet prout utriusque, vel urbani, vel rustici prædii utilitas variat, eatenus quoque variant his competentes servitutes. Itaque nulla lege numerus determinari potest, vid. Manzium b. t. n. 324. seqq. ubi de jure lignandi, iure colligendi fructus in horreum vicini.

§. 22. Uſus distinctionis servitutum, continuarum & discontinuarum dicitur esse in præscriptione. Solas scilicet continuas longo tempore acquiri, in discontinuis vero requiri tempus immemoriale tradit Gail. lib. II. O. 66. n. 7. Quod tamen non obtinet in Saxonia, Carpz. p. ii. conf. 4. def. 8. Imo suspectum est totum hoc traditum cum Dd. dissentiant. Vid. Toming. decis. 54. Qui quadraginta annos seu duplicatum usucaptionis tempus requirit,

quirit. Ubi speciale jure hæc distinctione recepta ibi merito servatur, vid. Manzium *d.l. q̄uest. s.n. 65. ubi LL. Bavariae.* Falsum quoque est, quod hæc distinctione prorsus sit eadem cum priore, quod vel solum itineris exemplum docet. Numero practicorum s̄æpe tamen iudex hic obruitur. vid. Schilt. *Exerc. XVIII. t̄bes. 7.*

**§. 23.** Affirmat ivas & negativas distinguere opus est in acquisitione. Negativæ enim constitutæ censentur, quam primum promissæ affirmativæ non sine usu & patientia servientis *L. II. §. 1. de public. act.* In negativis quoque tempus præscriptionis à prohibitione demum computatur *Carpz. p. II. c. 4. d. 3.* Exdem non amittuntur solo non usu, sed servientis facto contrario, nam alias de possessione libertatis non liquet. *L. 6. de S. P. II.* Verum circa affirmativas distinguendum, an signa servitutis supersint an non. *arg. d. l. 6. §. collat. L. 20. eod. tit.*

**§. 24.** Quæ ex moribus ortæ sunt servitutes reales, vel numero tantum à civilibus differunt, ut jus temonis immittendi, lignandi, vel definitionem & mensuram Juris Romani egrediuntur, ut, quæ hodie in faciendo consistunt, e. g. notissimæ rusticorum operæ, vel quæ commoditatem magis personæ, quam prædii respiciunt, ut: jurisdictione, jus capiendi alau-

alaudas in alieno. Verbo : hodie omne onus  
reale censui oppositum , prædio adhærens  
commode ad hoc argumentum refertur.

§. 25. Servitutes personales cum per-  
sona intereunt , quia personæ debentur , ac in-  
hærent. Divisio tamen non à rei natura de-  
sumta est , licet enim quædam reales , non nisi  
imprudenter ad dies vitæ restringantur , sunt  
tamen non paucæ , quæ in gratiam certæ per-  
sonæ , morte ipsius desituaræ constituuntur.

L. 4. de S. P. R.

§. 26. Species civiles sunt : usus , usus-  
fructus , habitatio & operæ servorum . vid.  
§. 6. supra b. t. Ususfructus est jus alienis rebus  
utendi fruendi salva rerum substantia pr. f. b. t.  
Juris vocabulo jus in re indigitatur , quo secer-  
ni possit à jure colonario . Fruendi verbum  
plenitatem usus , quod omnes fructus usufru-  
tuarius percipiat , declarat . Rei alienæ adje-  
ctio à dominio utili distinguit eum . Ultima  
verba officium fructuarii describunt.

§. 27. Dividitur in Legalem & ab ho-  
mine constitutum. Ille vel ratione certi of-  
ficii competit ut clericis præfectis , in bonis ad  
eorum œconomiam destinatis. Vel ex statu  
alio fluit , & tunc ad jus personarum spectat.  
Hic vel à judice in judiciis divisoriis certis ca-  
sibus per sententiam alteruti adjudicatur,  
L. 6. §. 10. comm. divid. vel à privatis sive actu  
inter

inter vivos sive ultima voluntate in alium transfertur.

§. 28. In eo qui pluribus legatur, modo ulla ratione legatarii conjuncti uno deficiente reliquis accrescit *L. i. pr. usufr. accresc.* Et quidem vel cum onere si mixtim, vel sine one-re tantum conjuncti sunt Cujacius ad *L. un. C. de Caduc. tollend.* Hinc etiam est quod usufructuario certæ rei mortuo, ususfructus non habredi, sed ei cui ususfructus omnium bonorum legatus accrescat. Menochius *lib. 4. presumt. 40. n. 37.* Speciale etiam refertur in *L. 9. d. t.* deficit tamen accretio ei, qui jure speciali suam portionem retinet, *L. mulier. de condit. de demonstrat.*

§. 29. Objectum ususfructus debet esse res utilis *L. 15. de servitut.* quæ usu non consumitur & corporalis *arg. l. 33. de S. P. U. l. 2. de usufr.* Sed ultimum vix attenditur, cum ususfructus etiam in jure venandi, jurisdictione constituatur. Weizeneg. *diss. II. c. 4. n. 3. f.* Non excluduntur etiam statuæ & numismata *l. 28. & 41. de usufructu.* De vestimentorum usufructu, ni fallor satis disputatum à Bachov. *Vol. I. D. 16. L. A. ad Tr. Donell. L. 10. c. 4.*

§. 30. Potest tamen in rebus consumptilibus quasi ususfructus constitui adjecta cautione §. 2. 7. de usufr. Quæ tamen remitti potest. Ludvvell. *ibid. in Comment.* Non inter-  
est

est an inter vivos, an ultima voluntate constituantur. Voët. ad §. 2. de usufructu. utroque modo, ante mortem usufructuarii revocari nequit. L. f. b. t. & sufficiet aestimationem restituisse, non rem ejusdem generis præcise, d. §. 2. f. b. t. Aestimatio fit secundum tempus acceptionis, non ejus, quo restituitur, Gailius L. II. O. 46. Usus hujus est in relieto uxori omnium bonorum usufructu Carpz. p. III. C. 13. D. 13. vid. Rauchbar p. I. qu. 30.

§. 31. Commoda usufructuarii sunt, perceptio fructuum, actiones pro ejus defensione & possessio L. 3. pr. de usufructu. Sub fructibus & aliis proventus intelliguntur, adeoque & laudemium Franzkius tractat. de laudem. c. 7. n. 53. Item jurisdictio; prædio adhærens, Bocerus de regalibus c. 3. n. 19. Jus Patronatus Weizenegger diss. 2. c. 5. §. 22. Metallici proventus tamen, quia non renascuntur, \* ad usufructuarium non spectant, sed saltim usufræ, quæ ex ipsis in sortem redactis percipiuntur. Metallis quoque privatorum dominio exercitatis insigniter limitata est. L. 13. §. 9. de Usufruct.

\* Multa quidem hic pro metallorum renanscentia congesset Leisser de J. G. lib. f. c. 24. sed valde sero dissimilia

§. 32. Ut fructus percepisse dicatur, sufficit quidem separatio, L. 78. de R. V. Opus tamen est, ut velipse, vel alias ejus nomine se-

paraverit. Nam si vis tempestatis dejicit, aut casu deciderunt, usufructuarius demum collectione acquirit, si fur abstulerit, cessante actione in quadruplum, simpliciter eos ab illo repetit. L. 12. §. si fur. 5. ff. de Usufr. Praestans est usufructuario, licet perceptio fructuum defuerit, si hares legatario impedimento erat L. 36. §. f. & L. 37. de usufr. Datur & actio ei, si medio tempore alio casu intercidit ususfructus L. 60. eod. tit. In foetibus animalium, neutiquam specialis perceptio requiritur, hi enim nascendo ipsius fiunt L. 28. de Usuris Potest vero usufructuarius non ipse tantum re frui, sed eam aliis quoque locare, vendere, donare, &c. Non vero cedere, L. 66. de jure dot. L. 12. de usufructu, sed hoc de cessione obsoleta, intelligendum, vid. Beyer. b. t. Transfertur in alium non diuturnius jus, quam ipse usufructuarius habet.

§. 34. Officium ipsius est, ut inventarium conficiat, & caveat, se boni viri arbitrio usurum & restituturum. L. 1. §. 1. & 2. usufruct. quem cav. & quidem antequam res tradatur L. 13. de usufr. pr. Postea tamen petitur utrumque omissum per implorationem officii judicis, Gail Lib. II. O. 16. n. 5. Excipitur vero ab hoc onere donator proprietatis\* arg. L. 28. de R. J. Fiscus L. 1. §. 18. de Jure Fisc. & cui proprietas sub die legata, L. 1. C. b. t. L. 9. §. 2. ff. b. t. Non

Non vero is cui testator alterutrum horum remisit, ratio forte est, ne contradictoria velle videatur. Gutierrez in Repetit. ad L. nemo potest. delegat. i. num. 224. & 414. Si tamen bona fide nactus possessionem nec de cautione interpellatus sit, fructus interea perceptos suos facit arg. L. 2. §. 1. ff. quor. legat. vid. L. 13. pr. usnfr. Gail. II. 46 n. 6. Admittuntur etiam ignorata Gail. d. l. O. 47 n. 4. Castil. de usufr. c. 18. n. 9. arg. L. 59 §. f. mandat. Si bona existimationis sit usufructuarius admittitur etiam iuratoria cautio Gail. d. l.

\* Neque obstat l. 4. C. de usufr.

§. 35. Cavendum est omnibus proprietariis, & qui spem probabilem habent, proprietatem consequendi L. 8. usufr. cav. Si non obstante cautione officio suo usufructuarius deest, convenitur ad interesse. arg. §. f. J. de V. O. L. s. ipul. non div. S. Celsus ff. eod. tit.

§. 36. Præter rei custodiam L. 65 de usufr. rem reficere ac reparare tenetur usufructuarius l. 13. d. t. Hinc in demorturum arborum & ovium locum alias restituit l. 18. d. t. impensas modicas gratis impendit, magnas tamen, de quibus judex cognoscit repetit l. 7. C. de usufr. Si vero has non sponte fecit de damno non tenetur Weizenegg. diff. II. c. VI. n. 9. Debet quoque abstinere à mutatione formæ rei l. 41.

*de usufr.* Tributa solvit ordinaria & extraordi-  
naria l. 7. d. t. Non tamen æs alienum Carpz.  
l. 1. R. p. 104. Si lis de usufructu, suis sumtibus  
eam peragit, si vero de proprietate, modicas  
tantum conferre tenetur docente Harpr. ad J.  
*de usufr.* §. 2. n. 173.

§. 37. Usus est jus in re aliena ea utendi  
pro indigentia & necessitate propria. Com-  
prehenduntur tamen uxor, liberi, famuli, o-  
mnisque familia l. 2. *de us.* Rem quidem loca-  
re nequit inquilinum vero recipere non  
prohibetur d. l. Imo proprietarius eo invito  
partibus ædium vacuis non utitur l. 22. §. 1. d. t.  
Tributa non solvit nec refectionis onera susti-  
net, nisi nihil fructuum domino relinquatur,  
arg. L. secund. nat. 10. de R. J. Fundum ipse non  
colit regulariter, nec cum molestia proprieta-  
rii in eo moratur L. 1. b. t.

§. 38. Si vero usus inutilis futurus esset  
legatario, conceditur ipsi facultas illum lo-  
candi, & alii concedendi, ita tamen, ut no-  
vus acquirens pro necessitate usuarii, re uta-  
tur, vid. Carpz. p. III. C. 13. D. 4. Eadem po-  
etas ei interdum ex præsumta testatoris mente  
competit, qui conditionis legatarii rationem  
in testamento habuisse censetur, L. 12. §. 4. d. t.  
De usu pecorum, vid. L. 12. §. 1. d. t.

§. 39. Habitatio est jus utendi ædibus  
alienis ad habitationem §. 5. J. b. t. Qui hanc  
habet,

habet, potest eam aliis locare, sed ejus usus, non extenditur ultra commoda habitationis, non ad emolumenta ex ædibus percipi solita alia. Hahn ad Wesenb. b. inf. Præstat cautionem ut fructarius & usuarius L. 5. §. f. usufr. quem. cav. Illud speciale quod donari nequeat jus hoc L. cum antiqu. de usufr.

§. 40. In eo difficultas est, quomodo idiomate germanico usus & ususfructus discernantur. Neque enim homines utuntur vocabulis barbaris: Nutz-Nießung / Frucht-Nießung / Genießbrauch &c. ut exinde cognoscere differentiam posses. Dicendum itaque vel ex adjecto aliquo epitheto liberaliore V. C. vollen Brauch vel additamento contrario: zu seiner Nothdurft colligi posse. Si haec non apparent recurrentum ad diversos effectus horum jurium, an aliquis forte expressius, unde de causa constare possit. Si de his itidem non liqueat, in dubio pro usu concludendum. Cum præsumtio sit, testatorem quam minimum voluisse hæredem gravari.

§. 41. Præter has, alias servitutes conventione constitui non posse ait Weizenegg. *dissert. 2. c. f. §. 22.* quia nostra conventione, ut jus in re simile usui vel usufructui consequamur efficere non possumus. Cujacius *lib. XXIV. obs. 22.* Sed cum omnia paetā, quæ contra bonos mores non sunt, servanda sint, secundum

mores germanorum, non video, quid obstet. Modo satis perspicue prædii mentio fiat, & quod per modum oneris realis promissa utilitas imposita sit, distincte exprimatur. Et quid videtur de jurib[us] aperturæ, Azing[is], Gerechtigkeiten/ Vogt[en]/ Hals[en], Gerichten &c. Quæ sanè alienis rebus inhærent, & ad paëta originem non raro referunt. Quis verò demonstrabit, his juribus adjici non posse, ut ad dies vitæ competant.\*

\* *Excipio tamen casum, ubi speciali lege taliter pacisci prohibitum. Exemplum supra vidimus de censibus irredimibiliibus.*

§. 41. Servitutem constituit regulariter dominus arg. l. in remand. C. mand. Non vero socius L. 2. de servitut. Nisi postea reliqui consentiant l. 11. de S. P. R. vid. l. f. ff. commun. Præd. Dominus proprietarius consentiente usufructuario recte imponit servitutem. Contra L. 15. §. f. de usufr. vid. Cujacium ad §. Religios. J. de R. D. Castillo de usufr. c. 35. num. 16. Domini utiles secundum naturam dominii sui servitutem consituunt. Non tamen maritus in fundo dotali l. 5. ff. defund. dot. Acquisitio autem longe favorabilior est, quæ cuilibet, qui contrahere potest permitta.

§. 43. Acquiruntur servitudes ex conventione, ultima voluntate & præscriptione. Ne-

Neque hodie, qua conventionem inter pactum & contractum distinguendum, sicut iure civili, vid. Cujac. ad l. 5. de servit. Quasi traditio accedit oportet. Nam servitus promissa solam personalem obligationem parit. L. 1. §. f. de act. emt. Fit autem quasi traditio vel inductione in fundum Gomez. Tom. II. var. ref. c. f. n. 25. vel patientia servientis L. 20. de servit. vel praestita cautione. Negativas servitudes tamen à quasi tradendi necessitate jam exemimus. Quia non factum non potest quasi tradi. Qui semel promisit ad traditionem præcise tenetur L. ubi autem §. f. de V. O.

§. 44. Ultima voluntate, testamento & Codicillis acquirimus servitudinem, adeo, ut ipso iure, absq; factō hæreditis in nos transeat, arg. §. f. per qu. person. acq. si scilicet servitus relictā sit realis L. 19. §. 1. quem serv. amitt. Dies ususfructus vero ab additione demum, si pure, vele existentia diei & conditionis, si non pure legatur, cedit. L. un. §. 2. ff. quand. dies usufr. Legatarius tamen de sua acquisitione securus non est, nisi prius adita ab hæredē hæreditate L. 86. de legat. 1. Neque ipsi licet propria auctoritate possessionem apprehendere, sed ab hæredē petere L. 1. §. 1. quod legat. Pœna, si contra fecerit, est in §. 8. d. l. vid. tamen Grœnev. ad l. 13. quod. met. caus.

§. 45. Omnes servitudes longo tempore

cum titulo & bona fide acquiruntur. Continuas quidem titulum non requirere, communis opinio habet, Gilken de Praescr. P. II. membr. I. c. 10. n. II. Gomez. d. l. p. III. c. 15. n. 27. Sed hanc prostravit Rævardus ad L. Scriboniam n. 7. Justus error in facto tamen non oberit, L. i. §. sed et si de aqua quod sit. An scientia ejus opus contra quem praescribitur? Iterum inter leges & communem opinionem non convenit. Legge finali. C. de praescript. long. temp. Imperator differte negat. Capolla de S. II P.c. 20. n. 5. post varias distinctiones prescriptionem longi & longissimi temporis a se invicem hic separat. Tempus immemoriale in discontinuis communis opinio rursus requirit. Sed rectius id de praescriptione sine titulo explicari ostendit Rævardus in Tribon. §. 9.

§. 46. Dein acquiritur etiam servitus adjudicatione, in judiciis nempe divisoriis poterit imponere aliquam servitutem iudex, aut fundo fundum servum facere L. 22. §. sed etiam fam. hercisc. L. 7. §. 1. commun. divid. Et lege tandem constituitur servitus, vid. §. 6. supra. Sic horrea privilegio gaudent, ne altius aedificando quis aërem ipsis auferat. Sic in distributione agrorum veteranis, leges servitutis simul dicebantur, Cujacius ad lib. XLIX. Pauli l. 2.

§. 47. Olim servitus alii per alium acquiri non poterat, adjectio itaque vicini profu-

supervacua habebatur. L. 5. comm. pred. Idque eo, quod inanis esset contractus pro alio l. 38. §. 17. de V.O. Sed cum hodie pacta utriusque præsentiam non requirent, aliquique pro alio pacisci liceat, præcipue si ejus, pro quo pacifor, intersit, servitutem quoque in gratiam alterius stipulari fas erit. Schilt. Exerc. XVIII. §. 31.

§. 48. Necessum vero est, ut quis servitute non jure familiaritatis utatur, qui enim hoc jure utitur, numquam præscribit, vid. Stryk. de Jure familiarit. Ratio est, quod quæ ex amore conceduntur libera maneant, nec alteri jus tribuant. Si tamen diutissimum tempus accedit, facillime jura proprie dicta & familiaritatis officia inter se commiscentur. Numerus actuum non est determinatus in hac præscriptione, requiritur tamen, ut pluries e.g. iverit L.f. de itin. act. priv.

§. 49. Pro defensione servitutum comparata est actio confessoria. Hæc moribus nostris est actio orta ex quocunque jure, vi cuius alter aliquid pati, vel non facere, vel etiam facere in nostrum emolumentum tenetur. Dividitur in peritoriam & possessoriam. Hanc intendit potissimum, qui in possessione momentanea constituitur, ut per decretum manutenentiae defendatur, semper fere concurrit cum aliquo interdicto, de quibus tit. seq. In illa probandum sine dubio servitutis dominio-

um, quia fundamentum actionis est, & turbatio rei L. 1. §. 1. b. t. Imo, si prædium cuius servitutem vindicat, non possidet, & ipsius dominum probare debet. L. 16. & 17. de except. Illud non interest, an emphyteuticario superficiario vel pignoratitio jure fundum possideat actor, L. 16. de servit. usufructuario tam confessoria non dabatur, L. 1. pr. si usufr. pet. Sed huic ususfructus vindicandus erat. Verum hodie cum actiones in factum concipiuntur, usu carebit hæc subtilitas.

§. 50. Melius erit vero publicana experiri, cum hic requisita usucaptionis sufficiant, nec opus sit, ut probemus auctorem nostrum fuisse dominum, vid. supra tit. 6. Nihil itaque obstat, quo minus confessoriæ usum non aliter esse dicamus, nisi ubi propter aquale possessoris jus, publicanæ locus esse nequit.

§. 51. Petitur moderna actione, ut iudex servitutem nostram esse declaret L. 8. §. et si quid. si serv. vindic. ut adversarius omnia impedimenta tollat L. 9. d. t. ut cautionem de non amplius turbando, secundum officium judicis, pro se & successoribus præstet, L. 7. d. t. In usufructu speciatim, si reus rem usufructuariam possidet, petimus, ut restituere jubetur. L. 5. §. f. si usufr. petat. Habetur itidem ratio fructuum in usufructu, & ejus, quod nostri

nostris interest, si de reliquis servitutibus lis intentata V. C. si ob aquam interceptam prata exaruerunt L. 4. L. 18. si servit. vindict.

§. 52. Si in contractu, vel testamento & codicillis certus locus servituti non est determinatus electio est debitoris, quem velit assignare, modo non fiat captiose L. 26. de S. P. R.

§. 53. Fluit ex jure servitutis etiam potestas reficiendi L. refectio. comm. præd. Omnia tamen ratione temporis & modi ita temperanda, ut servienti dominans, quam minimum gravis existat. Sufficit enim ei, si suum scopum obtinet L. 22. de S. P. R. & L. 15. de servitut. Inde Commissarii præfentes adhibendi, qui circumstantias probe explorent & referant, ne judex remotus inepte decidat, Mev. p. III. dec. 372.

§. 54. Modi servitutem finiendi sunt vel universales, qui ad omnes pertinent, uti confusio, jus temporarium concedentis, remissio, & conditionis vel diei eventus. Vel particulares, ut: mors naturalis, non usus, factum servituti contrarium approbatum, interitus rei, consolidatio & cessio.

§. 55. Confusio non tantum accidit si idem utriusque prædii dominus esse incipit. L. 1. quemadmodum servit. amitt. sed & si à sociis prædii dominantis communis, communiter emtus fundus serviens. L. 27. de S. P. R. Non tamen

men si alterius socii proprio fundo debeatur servitus, licet ab utroque socio ematur fundus serviens, d. l. Neque si partem tantum fundi servientis emunt. Vel si haeres quidem institutus sum, res vero mihi serviens, alteri pure legata. arg. L. 64. de furt.

§. 56. Extincto jure dantis, extinguitur jus accipientis. L. lex vestigialis. de pignorib. & hypoth. Hinc si superficiarius, emphyteuta, vasallus &c. servitatem imponunt, desinit, si harum personarum jus extinguitur.

§. 57. Remissio non tantum servitatem tollit, si diserte servitus remittatur, sed si quoque quid servituti contrarium fieri permittitur, L. 8. b. t. Conditio vel dies sua natura omne negotium finiunt. Quandoque tamen in hoc nostro argumento, licet existant, mitius explicantur L. 12. C. de usufr.

§. 58. Morte finitur servitus personalis, ut liquet ex ipsa definitione. Interdum tamen unius morte non finitur ususfructus ut L. 17. C. de usufr. Morti æquiparatur professio religionis, quæ bonorum capax non est, arg. L. 8. S. tale, de libertat. legat. Si enim religio capax bonorum eundem monasterio ad dies vita acquirit, Authent. ingress. C. de SS. Eccles. vid. ibid. Richter. Capitis diminutio hodiè ignoratur vid. Grœnevveg. ad L. 1. ff. quib. mod. ususfr. amitt. Tradunt tamen quod banno imperiali

periali amittatur. Carpz. Pmx. Criminal. qu.  
140. num. 27.

§. 59. Cessione alteri facta amittitur servitus, sed quædam servitutes propter rerum naturam, ut: oneris ferendi, quædam legis prohibitione, ut: usus cedi nequeunt. Sed hoc quicquid est, vel ad cessionem antiquam, vel hodie ad servitutis acquisitionem referendum. Rei interitu, vel alia insigni mutatione ita, ut nomen amittat, Donellus l. X. c. 18. usufructus amittitur, L. 5. §. rei mutatione ff. quem usfr. amitt.

§. 60. Quod si ipse proprietarius rem mutet, datur actio ad restituendam formam priorem, vel ad interesse L. 5. §. f. d. t. Si ipse usufructarius mutat utiliter, consequitur expensas, arg. L. 206. de R. J. Si tortius mutet, usufructarius habet interdictum: quod vi aut clam, aut actionem in factum legis Aquilix. Ad alias tamen servitutes dicta de rei interitu & mutatione non spectare volunt, arg. L. 20. §. si sublatum. ff. de S. P. II.

§. 61. Insignis deterioratio rei privat pariter usufructu. Dicitur vero talis, quæ causam proprietatis notabiliter deteriore reddit. Nam ipsi fructus sunt in potestate usufructuarii. arg. L. 9. de usfr. Opus tamen cognitione judiciali, nec propria autoritate ejici potest. arg. L. non est sing. d. R. J.

§. 62. Non usu longi temporis amittuntur servitutes affirmativæ. Non tantum si quis plane non utatur, sed et si modo præscripto non utatur L. 10. §. 1. quem serv. amitt. Negativæ vero facto contrario servientis, alias enim de non-usu hic non liquet, nisi contrarius accedit usus. Si servitus alternis annis tantum competit, tempus amissionis duplicatur, L. 7. b. t. ff. Nunquam tamen triplicatur Struv. b. t. thes. 56.

## T I T. XV.

## De Possessione.

## §. 1.

**D**ominium à possessione\* cœpisse dicitur, & sine possessione exigui usus est. Imo possessio præcipius dominii fructus, nec non præcipuum ipsius accessorium habenda. Multæ actiones domino quoque occasione possessionis competunt. Merito itaque huc refertur. Definitur rei \*\* detentio animo \*\*\* sibi habendi. Sed plenius intelligetur dein ex divisione.

\* De *varia* significatione hujus vocabuli vid. Strauch. diff. 6. §. 10. De Etymologia Grotium in floribus spars. Bachob. ad Treutl. b. t. Biccius in prima questione ad L. 3. ff. de A. & A. P.

\*\* Suf-

- \*\* Sufficit tamen detinendi facultas sine actus L. 3. §.  
13. b. Ricc. in aur. scđt. III. §. 145.
- \*\*\* Hic animus vero in infantibus presumitur L. 3. C.  
de A. & A. P. quæ non obscurè corrigit L. 1. §.  
3. ff. b. t.

§. 2. Differt possessio regulariter à nuda detentione & hinc aliud possidere , aliud in possessione esse in jure nostro. L. 9. l. 10. §. 1.  
b. t. Non perpetua tamen hæc differentia est,  
sed tenere tantum dicitur is. qui vere possidet,  
L. 44. §. 2. b. §. 5. 7. de interdictis. Et contra possidere , qui animum sibi habendi non habet,  
ut L. 17. §. 1. depositi. L. 1. §. 13. de Public. act. Hinc jus ex quo quis possidet potissimum re-  
spiciendum, ut de firmitate & efficacia posses-  
sionis , judicare possis , alias enim acceptioonis  
varietate facile decipimur.

§. 3. Utrum possessio sit jus queritur ?  
L. 49. pr. b. t. Plurimum ex jure mutuari  
princ. d. l. Juris esse §. 1. d. l. plurimum facti  
habere L. 19. ex quib. caus. major. facti non  
juris esse L. 1. §. 3. b. t. dicitur. vid. Cujacum  
lib. XVIII. O. 24. Qui ita quoque ad d. l. 49.  
rem componit , ut naturalem plus facti ,  
civilem possessionem plus juris continere  
dicat.

§. 4. Scilicet juris aliquid esse dicitur,  
1. quod citra factum acquiritur & in alium  
transit , ut : dominium in suos heredes, quod  
citiat

citra factum amissum recuperatur , ut : patria potestas post redditum ex captivitate , vel 2. quod juri innititur v.g. dominio servituti &c. vel 3. quod jus producit , ut : contractus actionem , vel 4. quod per jus definiri potest , ut : ususfructus . Prima ratione possessio juris non est , sed facti , d.l. 1. §.3. b. t. d.l. 19. L. 4. de A. vel O. hered. Excipe tamen effectum usucapiendi L. 30. ex quib. caus. maj. Secunda vero , prout vel civilis vel naturalis est , plus nunc de jure , nunc vero de facto participat. d.l. 49. Tertia ratione juris rursus dici potest , propter varios juris effectus quos producit v. l. 29. ad L. Aq. l. 128. de R. J. Introduxit quoque varias actiones , quibus eam in foro defendimus. Cum tamen non contra possessorem agamus actiones reales dici nequeunt , v. Huber. L. IV. digress. c. 16. Quarta ratione jus itidem non est , cum per jus vix commode definiatur.

§. 4. Res possessae debent esse in commercio , certæ l. 32. in f. re usuc. corporales quia possessio proprie à sedibus dicitur , ab aliis possessoribus vacuæ l. 3. §. 5. b. t. quod tamen de eodem genere possessionis intelligendum. Nam naturalis & civilis ejusdem rei pluribus competere potest.

§. 5. Dividitur possessio , non quidem , ut genus in suas species , sed secundum acciden-

dentia sua vid. Bicc. d. l. §. 147. in naturalem, quæ animi sibi habendi, sed non domini & civilem, quæ cum animo domini rem detinet. Hæc requiritur in usucatione. Dicitur & ratione modi naturalis, quando rem ipsi corporali actu possidemus & civilis, quando rem solo animo, ministerio alterius personæ detinemus. Est porro vel bonæ fidei, quæ conjuncta est cum existimatione se jure possidere. Vel malæ fidei, si scilicet possessori probe constat, quod alterius injuria rem possideat. De effectu prioris *supratit. 4.* Vel justa, quæ nititur titulo justo, vel injusta, quæ vel precaria, vel clandestina vel violenta. Præter usucationem hujus distinctionis usus est in publiciana, quæ ju-nam adfuisse supponit. Vel rerum corporalium, quæ vera, vel rerum incorporalium, quasi possesiodicitur. L. 32. in f. de S. P. R. Potest quoque tandem in tot dividi classes, quot sunt tituli, ut: pro emtore pro dote &c. sed hoc vix usum in causarum decisione habet, vid. Bicc. d.l.

§. 6. Civiliter ratione priore possidet dominus L. 1. §. 2. *uti possid.* Ille, qui ex habili titulo rem acquisivit, sive fit bonæ fidei, sive malæ fidei possessio L. 3. §. 21. b. t. Conjux rem donatam arg. L. 3. *pro donat.* Modo donatio non fit plane prohibita. Emphyteuta super-

M

ficia.

ficiarius & vasallus, qui aliquatenus sunt domini. Struv. Exerc. XI. thef. 55. Naturaliter vero usufructuarius, creditor & qui immisionem in bona impetravit, fur L. 15. de A&A.P.

§. 7. Acquiritur Possessio animo arg. L. 4. §. 3. b. t. In iis tamen, qui intellectu parent & quior sententia est, curatorem ipsis acquirere. Requiritur praeter animum etiam corpus, non quidem, quod semper contactu corporali opus esset L. 3. §. 3. b. t. Nam & oculi nec non adspectus saepe hic sufficiunt. L. 7. §. 21. L. 18. §. 2. d. t. Sicuti nec conjunctio animi & actus corporales in uno praece homine exiguntur. Sed animo nostro, actu autem corporali alterius possessionem adipiscimur, ut in constituto possessorio L. 18. b. t. vel si procuratoris mandato cum libera, aut speciali instructi opera usi sumus. Bachov. ad Treutl. L. 18. pr. b. t. Vel viceversa actu corporali nostro & alterius animo possidere incipimus ut tutoris, aut curatoris. Coll. J. A. tb. 14. 15. b. t. De personis, quæ possessionem acquirere non possunt, vid. Bicc. d. l. §. 157. Coll. J. A. b. t. 1b. 7. per tot.

§. 8. De solennibus apprehensionum & actibus satis efficacibus saepe lis oritur. Jure civili appositione custodis L. 51. b. t. clavum L. 74. de contrah. emtion. instrumenti rei donatæ apprehensione L. 1. C. de donat. adoptione

tionē l. 16. precar. nobis consulimus. Præcipue tamen hic mores regionum attendendi, qui s̄p̄ peculiaria solennia in rebus immobilibus definiunt. Secundum regulam tales esse debent, ut certe rei acquirendā aliquatenus respondeant. Pufend. de J. N. & G. lib IV. c. 6. §. 12 Hinc ferarum possessio decipulis, retibus, laqueis &c. acquiritur. Modo fera ita inclusa, ut aufugere nequeat l. 55. d. A R.D. sola enim vulneratio possessionem non tribuit §. 11. J. de R. D. Reliquarum rerum mobilium possessio signatione l. 14. de act. emt. motione de loco ad locum optime paratur. Immobilium autem ingressu, effosione glebæ, circumpositione sepimenti, suspensione insignium, cultura, perceptione fructuum, frustuli ligni exscissione exhibitis, quo magis res insensus incurrat, testibus & Notario. Sunt & signa communia, custodia, factæ impensa, habita cura &c.

§. 9. Videndum insuper an multi competitores futuri, multaque contradic̄tiō timenda, quo sane casu significantissime possessio apprehendenda, ut fere nil actuum extantiorum reliquum faciamus, unde alter de insigniore & efficaciore possessionis apprehensione gloriari queat. Neque vero alteri prioritas incautè concedenda. Dicendum hinc possessionem nōs occupasse, non

vero nos etiam occupasse. Optime posidere incipit, qui auctore judice incipit. *Diecht l. III. art. 83. Weichb. art. 29.*

§. 10. Imo hoc absolute necessarium, si quis rei immobilis possessionem domino contradicente ingredi velit. *L. 3. C. de pign.* Non obstante, quod pactum intervenerit, de re liberè occupanda. De cujus efficacia tamen vid. Blum. *de Ord. Cameral.* von vier Cammer-Fällen/ Exceptiones alias ab hac regula tradit Schilt. *exerc. II. tb. 17.* sic principes imperii apprehensa prius possessione, postea confirmationem ab imperatore peti posse, ait Klock. *tom. I. conf. 8. n. 62.*

§. 11. Rerum incorporalium possesio exercitio impetratur, & quidem, si longius se extendat jus aliquod: exercitium in diversis locis instituendum, ne pro parte acquisisse dicamur. Schilt. *de exercitat. tb. 24. lit. B.*

§. 12. Res compositæ v. g. domus uno actu acquiruntur. Sed istæ, quæ ex pluribus corporibus constant e. g. grex, sicuti non una possessione possidentur, verum singulæ suam causam habere dicuntur *l. 30. §. 2. de usuc.* & usurp. Ita quoque non acquiruntur nisi quis sigillatim singulas apprehenderit.

§. 13. Mutare sibi neminem posse causam possessionis *l. 1. §. 19. b. t.* dicitur: ita, ut ex injusta justam, ex nulla aliquam efficiat. Illud ta-

tamen fieri omnino potest, ut ex injusta, alia injusta fiat. L. 1. §. 1. b. t. sicuti & tota regula, de solo animi destinatione capienda. Nam si auctus alius accesserit, indubie possesio mutatur, Bacchov. ad Treutl. vol. 2. diff. 21. tb. 2. lit. F.

§. 13. Retinetur possessio eodem modo, quo acquiritur. Imo facilius solo animo e.g. si quis non relieta persona alia à fundo egredens redeundi animo, licet alius interim eam ingrediatur l. 41. 46. b. t. Multo magis ergo retinemus si alius nostro nomine, ut: colonus, sit in possessione l. 3. §. 11. b. t. Plane his etiam fundum deserentibus l. 3. §. 8. d. t. Semper tamen tali casu spes adesse debet, accessu nostro non difficulter ingressum denuo expulsumiri l. 18. §. 3. l. 25. §. 1. Coll. J. A. d. l. tb. 24. Præsertim cum possessionem in sola facultate consistere dictum fuerit, & expellendi facultas jure nostro permitta, modo fiat in continenti l. 3. §. 9. de vi & vi arm. Unde exactius facultatem repellendi dicit Dn. Thomas. in not. ad Strauch. d. diff. tb. 23. In continenti tamen fieri dicitur, licet quis se accinxerit, vel amicos convocaverit. Bachov. d. l. tb. 7. lit. D. Nam tempus præparationis ipsi auctui inesse dicitur. Nimis liberalis vero Gail. lib. 1. de pace publ. c. 6. videtur. Res mobiles speciatim retinemus, quatenus sub custodia nostra sunt, ut si velimus apprehendere possimus

*L. 3. §. 13. b. t.* peculiare est in servo fugitivo.  
*L. 1. §. 14. d. t.*

§. 14. Amittitur possessio nobis invitatis. Ut in specificatione. Vel si quis mortuum in locum nostrum intulerit. Si quis se arrogandum dederit, *§. 2. 7. de acquis per arrog.* Si quis moriatur, *de exceptionibus ad success.* ab intest. Si mare vel flumen fundum occupaverit. *L. 3. §. labeo.* Si dejecti sumus alterius violentia. Vel si nos reversos, qui clam occupavit, admittere nolit. *L. 1. d. t.* Si pecus aberraverit. Si res exciderit, ut invenire nequeamus *d. l. 3. §. 13.* si in flumen demersa &c. Secundo volentibus, de relictione, traditione &c. Corporis & animi actum conjunctim requirit *L. 8. b. t.* Uterque latet in constituto possessorio *Bicc. d. l. §. 169.* Quod si res nostra possessa apud alium e. g. colonum, si hic alii tradat rem immobilem amittimus, si vero res mobilis, sufficit intervertendi animo facta, contrestatio *l. 47. b. t.* Quotiescumque tamen priori casu spes adest facilioris recuperationis; totiescumque non obstante coloni facto, possessionem retinemus vid. Bachov. *d.l.*

§. 15. Probatur possessio per actus possessarios, cuiilibet juri vel rei proprios. Modo adhuc adfit facultas insistendi, nam alias nos habuisse per dictos actus tantum probamus. Limitationes tamen habet assertio de insistencia

tia vid. *Mascard. de Probat. V.III. c. 1179.* Notissimi actus possessorii sunt : solutio collectarum , perceptio fructuum &c. Neque nocet, licet testes de distinctis actibus deponant singulariter, modo ad unum scopum colliment. Præcipue notitia humānorū negotiorū hic comparanda. Per instrumenta, an per testes fiat, non interest. Quando unus testis sufficiat , vid. *Gail. l. O. 7. n. 2.* *Ludovicus Postius decis. 470. n. 2. & 8.* vel ocularem judicis inspectionem *Idem O. 101. de manutenentia.* Si tamen instrumentum super ipso contractu, ex quoqvis possessionem derivat, confessum, tum demum possessionem probat , si mentionem rei præsentis faciat, arg. *l. 18. b. t.* vid. *Cynum in l. 2. inf C. b. t.* & ex eo *Bachov. d. l. tb. 6. lit. H.* quamvis nec hoc plene probet, si tertius ipsius vendentis possessionem neget. *Mascard. V.3. C. 1183. d.l.* Ipse animus possidendi , ut probetur opus non est. vid. *Masc. d. c. 1179.* quilibet enim suo commodo studere censetur. Usus possessionis varius.

*S. 16.* Quod quis non teneatur edere titulum , nisi in hæreditatis petitione, vel si de regali conveniatur , aut reus præsumptionem contra se habeat, quæ hanc , de cuiuslibet possessionis justitia, excludat, *Dn. Klein. in not. MSt. ad Lauterb. de hæredit. petit.* Quod relevet ab onere probandi , licet hoc privilegium o-

mnibus reis, etiam ex jure ad rem, sit commun  
ne, quod in pari causa conditio possidentis  
melior, arg. t. iii. de publ. act. & cond. ob turp.  
caus quod quilibet possessionem suam etiam  
vi defendere possit l. i. C unde vi. Particulares  
effectus sunt, quod immobilium possessio li-  
beret à satisfactione, quod possessio pignoris  
jus protimiseos tribuat l. 16. de reb. auct. jud.  
possid. Quod civilis possessio ceteris paribus  
rem usucapiat. Quod eadem fructus lu-  
cretur.

§. 17. Remedia, quæ in judiciis occa-  
sione possessionis proponuntur non una fue-  
runt. Nam olim in edictis suis prætor multa de  
possessione sanxit unde casu obveniente in-  
terdicta sape desumebat, vel plane noviter  
interdicebat. Erant autem interdicta senten-  
tiæ ad interim dictæ, vid. Alciatum lib III. pa-  
rerg c. 15. de possessione pronunciata, usque  
dum proprietatis causa discussa esset. Gemina  
vero ratione hæ sententiæ executioni manda-  
bantur, vel enim res citra processum ipsius  
prætoris exequentis auctoritate peragebatur,  
vel actio dabatur, in casu non præstitæ inter-  
dicto obedientiæ. Cum autem agentes ad  
Prætorum interdicta fundamenti loco provo-  
carent, ipsæ actiones interdicta dicebantur,  
arg. Inscript. b. t. Imo interdicta aliquamdiu  
actionibus jam fere solis usu obtinentibus

præ-

præmittebantur §. 7. 7. b. t. Donec tandem interdicto non præcedente solæ actiones citræ ambages proponebantur l. f. C. interd. Bachov. vol. II. diff. 20. tb. i. lit. B. Unde & Ulpianus per interdictum ad jus ordinarium civilius remitti actores dicit l. i. §. 2. si ventr. nom. mul. & opponit extraordinariæ viae executivæ, modum agendi per interdicta; dum non amplius adeo usitatæ. vid. Balduin. ad §. f. j. b. t. Rævard. ad l. 15. de R. I.

§. 18. Distinguebantur remedia possoria juris Romani in recuperandæ, retinendæ & adipiscendæ possessionis. Pro recuperanda competit interdictum unde vi, sive ab initio possessio vi ablata sive clanculum occupata & postea vis opposita L. fin. C. unde vi. Non datur tamen contra eum, cui debetur honor: ut patronum l. i. §. 4. t. t. Nec ultra annum, nisi ad id, quod præterlapsò anno ad dejicientem pervenit d. l. i. pr. l. 4. de interdict. Qua ratione & in hæredem competit d. l. i. §. 48. Il- lud tamen non obest si quis ipsum dejicientem antea vi dejecerit §. 6. 7. de interd.

§. 19. Adipiscendæ possessionis est interdictum quorum bonorum, quod datur hæredi civili & bonorum possessori prætorio L. i. quorum bonorum ratione rerum corporalium l. i. pr. b. t. non ratione incorporalium l. ff. b. t. quia in corporalia non sunt intercipi sine

corporalibus, Balduin. ad §. 3. J. de interdict. hinc debita a debitoribus hæreditariis hoc remedio non exiguntur d. l. f. Non vero interest sive b. f. sive m. f. res possideantur à reo, modo pro hærede vel possessore possideat. Balduin. d. l. n. 13.

§. 20. Quod si quis eo conventus de titulo singulari excipiat, tum demum liberatur, si vano prætextu non usus fit, Balduin. d. l. n. 20.

§. 21. Quod legatorum interdictum pariter huc refertur. Tendit vero ad adipiscendam possessionem rei, antequam heres possessionem apprehendit, & falcidia detraeta à legatario propria auctoritate occupata, vel si legatarius in bona legatorum conservandorum causa missus, satisfactionem accipere noluit ab herede, & possessionem occupavit.

§. 22. Tertio hujus loci esse dicitur interdictum Salvianum, quod datur creditorū unicuique ad consecutionem possessionis sibi constitutæ.

§. 23. Quartum & ultimum est interdictum, ne vis fiat ei qui in possessionem à prætore missus, sed non admissus fuit, quamvis debitor hic præstando interesse liberetur.

§. 24. Verum primum propter possessionem in S. A. I. ipso jure in heredem trans-

transeuntem & remed. *L. f. C. de edict. div.*  
*Hadr.* hodie inutile est. Secundum tot circumstantias supponit, ut casus moraliter non sit dabilis. Tertium habet quidem hoc commodi, ut solus pignoris nexus, non oppignorantis dominium probandum, sed cum tantum contra debitorem *L. i. C. precar.* detur, qui citra propriæ turpitudinis allegationem, se dominum non suisse dicere nequit, exigua sane prærogativa ejus est præ actione hypothecaria. Potes tamen aliqualis usus esse contra tertium, si causam à debitore habet & res adhuc apud eum extet, & ita accipe *L. i. ff. b. t.* ne contrarietur c. *L. C. de precar.* Aliter DN. Berger in Resol. ad Lauterb. *b. t. de interd. salv.* Cumque hodie ipse Magistratus per satellites suos auctorem in possessionem mittat, & quartum usu carebit.

§. 25. Retinenda possessionis remedium est interdictum uti possidetis. Quod describitur: Interdictum, quod datur contra turbatorem possessionis nostræ, ut possessores nos declaremur, turbans desistat, interesse praestet, caveatque de imposterum non amplius turbando. Interdum, ut plane puniat turbans v. c. si vulneravit vel alias violentia insignis fuerit, Menoch. *de retinend Reme dio 3. n. 256.*

§. 26. Ejus usus non tantum contra eum est,

est, qui litem proprietatis meditatur, vel possessionem sibi contendit, sed contra eum, qui quacunque ratione mihi molestus est, me re mea libere utar. Casum vide in L. 3. §. 1. *Ulti possidet.* Non tamen agitur cum effectu contra eum, à quo ipsi possessionem nostram vitio se acquisivimus *Mascardus conclus. 1176.*

§. 27. Illud tamen non requiritur ut a Etor dominus sit, aut jus in re habeat. L. 1. §. 2. *uti possid.* Neque impedit hanc actionem quod turbans de dominio excipiat, nisi idem in continent prohet. Totiescumque enim fru stra disputatur de possessorio, quotiescumque constat de petitorio. Cum hoc jus contineat, illud factum. Pro defensione rerum incor poralium itidem hoc remedio utimur, sed pro corporalibus mobilibus, aliud *tit. utrubi comp aratum*, quod tamen à priori non nisi for mula differt. Si utriusque probationes & quales esse contingat, ambo in possessione relinquuntur, donec alteruter in petitorio vi cerit, *L. 3. pr. uti possid.*

§. 28. Verum pro recuperanda posses sione hodie bina remedia juris Canon. ex Ca non. Redintegr. c. 3. qu. 1. & ex c. sepe X. de re stitut. spoliat. praxi obtinent. Et quamvis in Canone Retinegr. revera nil novi contineatur, sed Episcoporum dejectorum restitutio, Glossæ auctoritate tamen, latius explicari & ad

ad plures casus extendi cœpit, vid. Schit. Exercitat. 47. §. 33. Menoch. Remedio 15. Recuper. n. 5. seqq. Illud quidem, regulis interpretandi convenit, quod licet de Clerius scriptus ad Laicos etiam applicatus sit canon, nam & hi defensione digni. Sicuti & circa recuperanda jura recte eodem utimur. Quod & de mobilibus dicendum, cum hic rerum nulla fiat distinctio, Cravetta consil. 90. n. 4. Commodatarius, depositarius &c. hoc minus recte instituunt, quia plane non possident nisi dominus absit, arg. L. 1. C. si per vim, aut si quis res commodatas & apud se depositas instar accessorii possessionis suæ erexit saltim petat, arg. L. 1. §. quod autem. devi & vi armat. Cessionario illud non denegatur, cum & civilia interdicta cedi possint, Menoch. n. 49. d. l. An & spoliator dejectus à domino, hic cum efficacia agat, vid. prolixe ex Strauch apud Schilt. d. Exerc. §. 56. Menoch. Remedio I. Recuper. n. 169. & seqq. Contra successorem singularem non datur nisi quis ex cit. c. sepè simul agat, vel ille aliquo modo ad spolium concurrerit, Menoch. remed. 15. n. 8. Summariter quidem hic proceditur, vid. Anton. Mæthæi in L. naturaliter. §. nil commune. de acquir. vel amitt. Possess. in tantum ut ne quidem observentur feriæ. Attamen tempus aliquod ad probandum spoliatori concedendum, neque testium remissiones, si ali-

aliter fieri nequit, denegandæ, Menoch. d. l. n. 23. 24. Spoliati est, spolium & possessionem probare. Ultimum solum sufficere communiter volunt. Debet enim possessione à spoliato ostensa, possessor suæ acquisitionis causam docere Cravetta consil. 240. n. 3. Neque hic de pœna violentiæ agitur, quæ pro natura delictorum liquidiorem probationem requirit. Restituendi & hic etiam fructus, sed ita tamen ut impensæ in eorum collectionem factæ, facienti pariter reddantur, Chassanæus Conf. 61. n. 56.

§. 29. Secundum juris Canonici Remedium ex d. c. s̄epe. pridè remedia in eo adauxit, quod recuperationem etiam contra tertium possessorem promittat, licet spolii in praxi non fuerit conscientia, \* Schilt. d. l. An actionem, an conditionem ex capitulo voces de quo disputat Menoch. d. l. Remed. 16. n. 7. 8. 9. non interest. Sufficit judici ostendere textus, quibus initimur, de nomine vana lis est. Atque hac ratione, quotiescumque quis per exceptionem non competentis actionis nomen actionis à nobis extorquere intendit, nos in tuto locare possumus. Petitur res cum fructibus perceptis & percipiendis à tempore spolii, plane si quid defit, quod affectionem recipit in item juratur, vid. c. gravis. de restit. spol. L. si quando C. unde vi.

\* Solide

\* Solide quidem quod b. f. possessor immunis sit, ex ea demonstrat Menoch. d. l. quod Papa unicō peccatum preceſſere ſtudeat. Neque malam fidem ſu- pervenientem, arg. à publiciana defumto, hic poſſessori nocere debet, adde Lanfranc. in Rubr. de cauſ. poſſ. column. 2. verſu: ſecunda concluſio. Secus tamen eſſet ſi b. f. poſſessor rem gratia accepifſet. Muſto minus reſtituere cogendus, quia tantum rem alienam non tamen vitiosam eſſe ſcivit. bid. Menoch. d. l. n. 11. & ſeqq.

§. 30. Cum viſ requiratur, ſequitur quod contra clandestinum poſſoſorem, hic non agatur, niſi vi riſiſtat ex poſt facto, tunc enim pro violento poſſoſore habetur, arg. L. f. C. unde vi.

§. 31. Quod ſi poſſessor b. f. denuo vi deturbetur, tunc ipſi, non vero primo ſpoliatuſ ſuccurritur, arg. c. ult. de ordinib. cognitionum. ſecus omnino eſt ſi m. f. poſſessor dejectus ſit & verus dominus ſuperveniat. arg. L. bona fi- des ff. depoſit.

§. 32. Excluditur hic viſ compulſiva, quia actionem: quod metu cauſa, parit. Non tamen viſ ablativa Menoch. d. l. n. 65. 66. Illud per canones quoque accessit, quod contra ha- redes agatur non tantum, in quantum ad eos pervenit, ſed ad plenam reſtitutionem Abbas ad c. cum dilectus. de ordinib. cognit.

§. 33. Aliud remediuſ ſc. imploratio- nē officii judicis ſuggerit Menochius d. l. in quo

qua non præcise vis respicitur, sed sufficit aetorem ostendere, quod possederit. & quod inique ac citra factum ipsius possessionem amiserit. Cæterum septendecim remedia recuperandæ possessionis concessit Menochius. Planè viginti duo Maranta. Sed explicata tria posteriora plenissima & tutissima sunt, Gail. L. II. obs. 75.

§. 34. De remedii retinendæ possessionis vid. Menoch. d. l. Potissimum hodie frequentatur processus manutenentia, vi cuius judex non saltim ad petitionem turbati, sed quoque ex officio possessorem manutenet. Quandocunque vis turbativa, durante præcipue lite de proprietate interveniat, Gail. lib. I. O. 147. n. 12. Lancellott. de attentatis p. II. c. 12. Cessat quoque hic distinctio inter res mobiles & immobiles corporales & incorporales, Menoch. d. l. Remed. 3. n. 100. & n. 283. Modo res sine peccato possideri possit idem d. l. n. 156. vel res non sit meræ facultatis, aut vitiouse ab ipso turbante possessæ, idem Remed. f. n. 15. & 17. Requiritur tamen possessio præsens, cuius acquisitio probatur, nam continuatio præsumitur eo ipso, quod interruptio non appareat, Cacheranus decis. 99. n. 51. Statim nihilominus eliditur hæc præsumtio, si adversarius suam possessionem simul ostendat, Gail. de pignorat. c. 22. in f.

§. 35.

§. 35. Celeriorem expeditionem dicitur habere, quam actio ex interdicto uti possidetis, Postius obs. 2. n. 42. Imo ad eum extenditur, qui vi è possessione ejus est, Postius obs. 4. n. 12. de processu manutentia.

§. 36. Cessat verò si quis ipse v. c. claves tradiderit, vel alias propria voluntate possessionem amisit Menoch. Remed. Retin. 3. n. 280. Item si nullitas instrumenti perspicua & quis exinde v. c. censum petat. Postius obs. 7. Sequestrum regulariter hoc remedium non excludit, cum possessione non privet, nisi sequester à partibus voluntarie fuerit appositus, vid. Postius obs. 60. qui integro volumine hoc remedium explicat.

§. 37. Saxones utuntur processu inhibitionis, quem delineat Schv vendendörffer in Coll. præc. Petilio est eadem uti in actione uti Possidetis, anne eti tamen solet, ut turbans si jus se habere putat, citetur ad illud docendum. Quod itidem iudex in inhibitione repetit, subditi tamen inhibitionem non impetrant, nisi dominus prius relationem ad curiam transmiserit. Camera impertit mandata cum, vel sine clausula. Illa habent vim citationis ordinariæ. Gail. lib. 1. obs. 19. & regulariter decernuntur. Hæc vero quia speciem executionis continent, non locum habent, nisi periculum in mora, vel quis in instrumento

propria authoritate occupandi facultatem concesserit, vel factum tale, quod nullo jure justificatur, v. Gail. lib. 1. art. 13 & Blum. ad O. Cam. Fatendum hodie multo laxiorem esse usum mandatorum & inhibitionum, quam interdicti uti possidetis. Cum & dominii savi-  
tiam coērceant, novum opus inhibeant &c.  
de modo proced. vide infra.

§. 38. Cæterum interdicta prætoria commode dividuntur in ea, quæ ex fonte uni-versali & quæ ex fonte singulari fluunt. Illo-rum pauca sunt. Hæc vero rursus vel de rebus privatorum, vel sacris, vel publicis com-petunt. Vid. distincte Bicc. d. l. §. 122. Illud ap-paret pro diversitate casuum, diversa interdi-cta Prætorem dedisse. Prout publica utilitas, vel quoque æquitas intuitu singulorum ex-i-gebat. Inde nil arcani tot formulis de rivis, de aqua &c. inhæret. Possunt plures longe addi, si de pluribus quæratur, modo præce-dentis regulæ memores sint judices, adeoq; ex defensione à magistratu subditis debita, & cu-ra, quam pro Republica gerere fas est, hoc quicquid est dependet. Non opus est ergo ad rivulos Romanorum recurrere, cum ipsum Jus Naturæ, docente id contra Grotium Pufen-dorff. possessionis favorem commendet, & à proprietatis quæstione secernat. Dulcius hinc ex ipso fonte hauritur.

§. 39.

§. 39. Neglexit quoque jam magnam partem horum interdictorum *Compend.* Lau-  
terbach. Et quamvis Pagenstecher in sicili-  
ment. non sine bile lacunam imaginariam  
suppleat *Man. II. p. 188.* Attamen nescio an u-  
sui pratico inserviat tale supplementum.  
Cuilibet judici prudenti liquet, quod circum-  
stantiis, quas interdicta prætoria supponunt,  
concurrentibus, lœso liberum sit officium ejus  
implorare, cum naturalis æquitas hic funda-  
menti loco sit. Sed cessante hodie anxia for-  
mula, cui jam Constantinus repudium dedit,  
quid obliget, ut multo sudore inquiramus,  
in quem rivum vel Romanorum cloacam cir-  
citer intrudamus naturalissimam nostram pe-  
titionem. Quo tamen aditus juris nostri  
præclusi non maneant, percurramus in expli-  
catione interdictorum civilium singula exem-  
pla, ad ductum laudati Bicci & ipsius Pagen-  
stecheri.

## TIT. XVI.

## De Acquisitione &amp; Retentione.

## TIT. XVII.

De Amisione & Recuperatione  
possessionis.

**Q**uæ sub his titulis pertractanda erant, jam mutato consilio titulo præcedenti insere re ac totum possessionis argumentum non interrupta tela pertexere placuit.

## TIT. XVIII.

*Quibus modis Dominium amittitur.*

## §. 1.

**A**mittitur dominium, nobis volentibus, dum rem perdimus, dum alienamus, dum præscribi eam patimut, vel nobis invitis. De prioribus satis dictum tit. 4. tit. 6. tit. 13.

§. 2. Posterioris generis modi sunt vel particulares, & ad res certas restricti, vel magis communes. Illuc refer ablationem rei nostræ mobilis ab hoste, transitum feræ de loco nostro ad alium, fugam ejusdem è custodia nostra. Huc spectant rei interitus, mors, adjudicatio judicis & amisio pœnalis.

§. 3. Non sola statim ablatione in bello res amitti dicitur, sed tum demum si hostis ad castra, vel locum munitum eandem pertulerit. Hinc si in via à milite nostro deprehensus spoliis suis exiuitur, pristino domino suum restituendum est, Grot. de J. B. & P. Lib. III. 6. 6. §. 3. n. 1. 2.

§. 4. Feræ satis commodè in dominio principis esse dicuntur vel ejus ad quem spe-  
Etat

Etat jus venandi. Illud vero salvis distinctionibus venationum aliter fieri non potuit, quin hoc dominium temporarium esset, ita, ut simul ac fera in alienum locum se contulit, alterius esse diceretur, vid. supm tit. 3. §. 5. ubi limitatur.

§. 5. Propter eandem rationem, quod feræ instar accessorii rei immobilis, in qua nutriuntur se habeant, statutum est, ut fera à me inclusa & nutrita, si aufugerit, exeat è meo dominio. Neque appensa gnorismata hic sufficere, ut illam retinere dicar, contra Grotium recte annotavit Pufendorff. lib. 4. c. 6. §. 12. de J. N. & G. excipe tamen si plane manufacta sit fera idem d. l. Simon in not. ad Grot. lib. 2. c. 8. §. 3. Struv. in resolut. LL. obstant. ad Exerc. 41. thes. 8.

§. 6. Sic & in immobilibus speciatim, si flumen mutato alveo per fundum privatum fluere incipit, dominium amittitur, licet Jure Civili, si denuo novum alveum fluvius deserat, in gratiam priorum possessorum illud reviviscat, vid. tamen supratit. 4. §. 8. in f. Inundatione diuturniore, si nullum retentionis signum extet, pariter dominio privamur, Grot. d. l. §. 10. n. 2.

§. 7. Mors, uti in proverbio est, omnia solvit, adeoque & dominium. Hinc hærede deliberante, vel hæreditatis delationem igno-

rante, hæreditas jacere dicitur, eo scil. sensu,  
quod actu nondum sit in alicujus dominio.  
Licet jus adeundi certis personis delatum, re-  
liquorum occupationem excludat, vid. supr.  
tit. 2. §. 8.

§. 8. De interitu rei notissima est regu-  
la: Res perit suo domino. Neque interest  
an casu pereat, an facto alterius, nisi quod  
ultimo hoc casu, si perdentis dolus accesserit,  
pro lubitu juramento in item rem aestimare  
liceat. Modo agatur de re refatuenda, vid.  
*L. 68. de R. V.*

§. 9. Judex in judicio finium regundo-  
rum si antiqui fines non extent, nec non in  
judiciis divisoriis, si res divisionem non reci-  
pit, saepe alteri dominium aufert, & pecuniæ  
summam addicit. Referri possunt ad hunc  
amittendi modum, omnia, quæ supra de spe-  
cificatione, ferruminatione, inædificatione  
&c. leguntur. Nam recte à Grotio animad-  
versum est, naturaliter in dictis negotiis res  
communes fieri, sed in civili statu judex ut  
controversiam componat, alteri rem in soli-  
dum, alteri pecuniam adjudicat. Adeoque  
adjudicatio non raro amittendi dominii mo-  
dus est.

§. 10. Amisiones pœnales variæ erant  
apud Romanos, præcipue propter vim adhi-  
bitam, vel dictum mendacium. Sic si quis  
rem

rem propriam vi ingrediebatur, si rem se non possidere per mendacium asseruerat &c. p<sup>re</sup>na erat amissio rei. Quæ tamen hodie obtineant difficile est dicta. Tot insuper erant species caducitatis pro ditando fisco, sed de his alibi. Illud indubie practicatur, quod mercium publicano non professarum dominium amittamus t. t. de public. & rectigal Confiscationes bonorum damnatorum ad mortem multum, hodie restrictæ, vid. Dn. Stryk. *de cautelis Testament. c. 3. §. 53. & 54.* Mev. p. 1. Decis. 187. n. 8. Aliud exemplum amissionis est in *L. un. C. ne licet potent.* vid. *capitul. 3. p. 1. pag. 101. apud Baluz.*

§. II. Possunt insuper plures casus è legibus specialibus addi, non tantum enim per leges sumptuarias s<sup>æ</sup>pe constituitur, ut quis rei contra prohibitionem adhibitæ dominium amittat: Sed & in aliis negotiis idem non raro fit, vid. *supratit. 8. §. f. de damno inferio ad de quæ de thesauro artibus magicis invento, adduci solent ad tit. de R. D.* Videbimus & modum amittendi soluto matrimonio, ratione eorum quæ conjuges sibi invicem vel in totum, vel propter nuptias dede- runt. S<sup>æ</sup>pe itidem vafalli sub poena amissionis beneficiorum è locis peregrinis evocantur. &c.